





ANSA SPIRITUALIS

PASTORIS ANIMARUM FIDELIS,

IN QUA AD MANUM HABENT SACERDOTES

TUM QUAE IN PRIVATA DEVOTIONE,

TUM QUAE IN MISSAE CELEBRATIONE,

SACRAMENTORUM ADMINISTRATIONE,

NEC NON IN ANNUIS EXERCITIIS SPIRITUALIBUS,

ET QUORUMDAM ALIORUM SUI
MUNERIS OFFICIORUM EXSECUTIONE USUI ESSE POSSUNT,

COLLECTA

AB J. ADAMO HERGENROETHER,
OLIM PAROCHO VERSBACHIENSI,

AUCTA ET EMENDATA EDITA

A P. AUGUSTINO KAISER,
ORDINIS MIN. S. FRANCISCI CONVENTUALIUM AD S. CRUCEM PRAESIDENTE
ET VICARIO.

CUM APPROBATIONE EPISCOPALI.

WIRCEBURGI 1864.
SUMPTIBUS ET TYPIS STAHELIANIS.

Zitung. Holgemoet.

= 6 g f



AN

TUM

T

SACR

NE

MUNE

ORDINIS

ANSA SPIRITUALIS

PASTORIS ANIMARUM FIDELIS,

IN QUA AD MANUM HABENT SACERDOTES

TUM QUAE IN PRIVATA DEVOTIONE,

TUM QUAE IN MISSAE CELEBRATIONE,

SACRAMENTORUM ADMINISTRATIONE,

NEC NON IN ANNUIS EXERCITIIS SPIRITUALIBUS,

ET QUORUMDAM ALIORUM SUI
MUNERIS OFFICIORUM EXSECUTIONE USUI ESSE POSSUNT,

COLLECTA

AB J. ADAMO HERGENROETHER,
OLIM PAROCHO VERSBACHIENSI,


AUCTA ET EMENDATA EDITA

A P. AUGUSTINO KAISER,
ORDINIS MIN. S. FRANCISCI CONVENTUALIUM AD S. CRUCEM PRAESIDENTE
ET VICARIO.

CUM APPROBATIONE EPISCOPALI.



WIRCEBURGI 1864.
SUMPTIBUS ET TYPIS STAHELIANIS.


BIBLIOTHECA
REGIA
MONACENSIS.

Approbatio.

Permittitur impressio.

D. Wirceburgi 9. Nov. 1863.

Ordinariatus Episcop.

Dr. Reissmann, V. G.

Hohn, Secr.



„Omnia ad majorem Dei gloriam et animarum salutem!“

„In necessariis unitas, in dubiis libertas, in omnibus charitas.“

S. Augustinus.

ADHORTATIO

SUMMI SACERDOTIS CHRISTI JESU

AD SACERDOTES.

1. Piscatores hominum, sacerdotes Dei,
Praecones veridici, lucernae diei,
Charitatis radio fulgentes et spei:
Auribus percipite verba oris mei.
Vos in Sanctuario Mihi deservitis,
Vos vocavi palmites, Ego vera vitis:
Cavete, ne steriles aut inanes sitis,
Si cum vero stipite vivere velitis.

2. Vos estis catholicae legis protectores,
Sal terrae, lux hominum, ovium pastores,
Muri domus Israel, morum correctores,
Vigiles Ecclesiae, gentium doctores.
Si legis protectio cadet, lex labetur,
Si sal evanuerit, in quo salictur?
Nisi lux appareat, via nescietur,
Et ni pastor vigilet, ovile frangetur.

3. Vos coepistis vineam meam procurare,
Hanc doctrinae rivulis debetis rigare,
Spinas atque tribulos prorsus exstirpare,
Ut radices fidei possint germinare.
Vos estis in area boves triturantes,
Prudenter a palea grana separantes.
Vos habent pro speculo legem ignorantes
Populi, qui fragiles sunt et inconstantes.

4. Quidquid vident Laici vobis displicere,
Dicunt procul dubio sibi non licere;
Quidquid vos in opere vident adimplere,
Credunt, esse licitum et culpa carere.
Cum pastores ovium sitis constituti,
Ne estote desides, neque canes muti,
Sonum vestrum nuntient latratus arguti,
Lupus rapax invidet ovium saluti.

5. Grex fidelis triplici cibo sustentetur:
Meo sacro Corpore, quo salus augetur;
Sermonis compendio, quod discrete detur,
Alimento animae, ne periclitetur.

Omnibus tenemini verbis praedicare,
Sed quid, quibus, qualiter, ubi, quando,
quare?
Debetis sollicite praeconsiderare,
Ne quis in officio dicat vos errare.

6. Spectat ad officium vestrae dignitatis,
Gratiae petentibus dona dare gratis,
Quae si contra fidei regulas vendatis,
Vos lepram miseriae ferre sentiatis.
Gratis Eucharistiam plebi ministrate,
Gratis et absolvite, gratis baptizate;
Vobis gratis coelitus data gratis date,
Salutemque omnium sedulo curate.

7. Vestra conversatio sit religiosa,
Munda conscientia, vita virtuosa,
Regularis habitus, fama speciosa,
Nulla vos coinquinet labes criminosa.
Nullus fastus elevet aut mundana vestis,
Gravis in intuitu habitus sit testis:
Nihil vos illaqueet curis inhonestis,
Quibus claves traditae sunt regni coelestis.

8. Estote breviloqui, ne vos ad reatum
Pertrahat loquacitas, nutrix vanitatum:
Verbum, quod loquimini, sit abbreviatum;
Nam in multiloquio non deest peccatum.
Estote benevoli, sobrii, prudentes,
Justi, casti, simplices, pii, patientes,
Hospitales, humiles, subditos docentes,
Consolantes miseros, pravos corrigentes.

9. Et si sic gesseritis curam pastoralem,
Vereque vixeritis vitam spiritalem,
Postquam exueritis chlamydem carnalem,
Ipse vobis conferam stolam immortalem.

Index.

Emendanda.

Pag.	21	lin.	15	lege	emendationem.
„	43	„	11	„	sanctissimae.
„	112	„	25	„	D. S. J. 5. Febr. 1841.
„	121	„	20	„	crucifixus.
„	126	„	16	„	per virum.
„	137	„	13	„	muniat.
„	164	„	16	„	ad aedes.
„	180	„	10	„	usu retinere.
„	180	„	10	„	qua par est.
„	180	„	24	„	separata.
„	181	„	2	„	versus crucem.
„	182	„	24	„	statutum est.
„	274	„	20	„	strategemate.
„	293	„	26	„	justo.
„	308	„	8	„	Christianorum.
„	343	„	4	„	famulari.
„	345	„	11	„	refove.

Exercitium matutinum.*)

Expergefactus dic:

Vivat Jesus, amor meus, et Maria, mater ejus!

Deinde signans cruce frontem, os et pectus:

Jesus Christus crucifixus sit in omnibus meis cogitati † onibus, ver † bis et operi † bus.

Exurgat Deus, et dissipentur inimici ejus, et fugiant, qui oderunt eum a facie ejus.

Sancte Deus, sancte fortis, sancte immortalis, miserere nobis.

Per signum Crucis de inimicis nostris libera nos Deus noster †.

*) Ex „Vade mecum".

Dum surgis.

In nomine Dei Patris, qui me creavit, et Filii, qui me pretio sanguinis sui redemit, et Spiritus Sancti, qui me sanctificavit, surgo: ipsi honor et gloria in saecula. Amen.

Cum indutus fueris, flexis genibus gratias age Deo.

Adoro te, o sanctissima Trinitas! te glorifico, laudo, benedico: tibi gratias ago pro universis naturae, gratiae et gloriae donis, mihi, aliisque hominibus et angelis hactenus concessis: ac praesertim, quod me inter tot corporis animique discrimina salvum et incolumem ad hunc usque diem servaveris, nocte hac etiam feliciter transacta: et quot, eheu! jam e suo cubili ad tuum tribunal rapti aeternum perierunt? Vivens, vivens ipse confitebitur tibi, sicut et ego hodie.

Cor offer.

O Pater aeterne, quid tibi rependam, quod me conservaveris? Ad te primum suspirium et aestum cordis mei mitto, tibi me totum, et omnes animae vires, et corporis sensus, et omnia offero, suscipe, mi Pater, hos novi diei primos amores, eosque incendio charitatis filii tui meritisque conjunge. Quid enim mihi est in coelo,

et a te quid volui super terram Deus cordis mei?

Opus dispone futurum.

Ecce, mi amantissime Jesu, te adspirante firmiter statuo, ardenti corde viam mandatorum tuorum currere, probi Christiani et fidelis sacerdotis officium explere, consueta pietatis munia obire; universa denique et singula in nomine tuo et in honorem tui facere et pati. Utinam dirigantur viae meae ad custodiendas justificationes tuas!

Vita peccatum.

Veni, succurre, Sancte Spiritus! adeone volens vidensque ferocium me morsibus belluarum (id est peccatorum) objiciam? et vitio illi N. N. me sponte iterum ingeram? meliora, Deus meus, meliora, tu, precor, in hoc discrimine anhelantem praesens robora, qui spopondisti: Super aspidem et basiliscum ambulabis, et conculcabis leonem et draconem.

Subsidium pete.

Adeste mihi pariter, o beatarum agmina mentium: eja prae reliquis piissima Virgo Dei, et mea optima Mater Maria, cum castissimo Sponso tuo S. Josepho succurre: tuque Angele, mi custos, vosque, o vitae meae Patroni N. N.,

et Sancti omnes, praesertim hac die celebres, inopem juvate, ducite coecum et claudum. Tu vero prae omnibus adspira, Deus meus et omnia! In te, Domine, speravi, non confundar in aeternum.

Directio intentionis matutinae.

O Christe Jesu, unica salus mea! Doleo ex toto corde de peccatis meis, teque amo super omnia, ac tibi ad laudem et gloriam Nominis tui sempiternam et in gratiarum actionem pro universis beneficiis in me collatis, maxime autem pro beneficio Creationis, conservationis in vita, Redemtionis, Nativitatis in catholica fide, Sanctificationis, Praedestinationis, Vocationis ad statum sacerdotalem, aliorumque specialium donorum offero omnes actiones meas hodiernas et totius vitae meae, omnesque motus mentis et corporis, et omnia peragere et sustinere desidero ex ac in virtute obedientiae, solum ob tuam divinam voluntatem et beneplacitum, in unione illius purissimi amoris, quo tu voluntatem Patris in omnibus perfecisti; peto insuper cunctas, tam pro vivis, quam defunctis, quas possum lucrari indulgentias, easque applico animabus in purgatorio, rogans te per pretiosissimum sanguinem tuum, quem pro nobis

effudisti, ut omnes animas, maxime vero N. N. e purgatorio liberare digneris, ut in Regno gloriae tuae te laudent, ament et glorificent in aeternum. Amen.

Suspiria ad Spiritum Sanctum pro septem ejus donis impetrandis.

Veni S. Spiritus!

1. Inebria me dono sapientiae!
2. Illumina me dono intellectus!
3. Rege me dono consilii!
4. Confirma me dono fortitudinis!
5. Instrue me dono pietatis!
6. Vulnera me dono pietatis!
7. Transfige me dono tui sancti timoris!

Amen.

Orationes ante Confessionem.

Absoluta quotidiana Meditatione et recitatis horis canonicis, sacerdos se praeparet ad Ss. Missae Sacrificium celebrandum; sed prius discutiat conscientiam, ut si quid pravi repererit, resecet illud per veram contritionem, per sin-

ceram confessionem firmumque emendationis propositum.

Pro examine conscientiae.

*Punctum I.**)

Gratiae agendae pro beneficiis acceptis.

Gratias ago tibi, Deus meus, quod ex nihilo me condideris, et usque in hanc horam conservaveris, pretioso Sanguine tuo me redemeris, Christiana fide me imbui volueris, postque innumera alia tam gratiae, quam naturae beneficia tam benigne collata ad statum sacerdotalem ex millibus elegeris, ac toties pretioso tuo Corpore et Sanguine refeceris: pro his omnibus immensas tibi gratias refero, precorque omnes Angelos et Sanctos, B. Virginem ac Christum Dominum, ut ipsi pro me tibi laudes dicant, ac immortales gratias pro me referant.

Punctum II.

Petendum lumen ad cognoscenda peccata.

Domine Deus, qui illuminas omnem hominem venientem in hunc mundum, illumina,

---

*) Ex coelesti Palmeto.

quaeso, splendore gratiae tuae cor meum, ut sufficienter cognoscam defectus et peccata mea, eaque cum vero cordis dolore et contritione confitear, sicut oportet coram te et Sacerdote, ministro tuo, ac plene pro iisdem satisfaciam, eademque emendem ad laudem et gloriam tuam et benedictae Matris tuae ac Sanctorum omnium, et ad salutem animae meae. Amen.

Punctum III.

Examina nunc conscientiam, quid cogitaveris, dixeris, feceris; quid commissione et omissione peccaveris. Considera statum, officium et vocationem tuam, percurre praecepta Dei et Ecclesiae, propone oculis mentis tuae varia genera peccatorum, ut intelligas, quorum sis reus. —

Praeceptum Decalogi:

I. Ego sum Dominus Deus tuus; non habebis Deos alienos coram me; non facies tibi sculptile, ut adores illud.

II. Non assumes nomen Domini Dei tui in vanum.

III. Memento, ut diem Sabbathi sanctifices.
IV. Honora patrem tuum et matrem tuam, ut sis longaevus super terram.
V. Non occides.
VI. et IX. Non moechaberis. Non concupisces uxorem proximi tui.
VII. et X. Non furtum facies. Non concupisces domum, non agrum etc. proximi tui.
VIII. Non loqueris contra proximum falsum testimonium.

Quinque Praecepta Ecclesiae.

1. Statutos Ecclesiae festos dies celebrato.
2. Sacrum Missae officium diebus festis reverenter audito.
3. Indicta certis diebus jejunia, et a quibusdam cibis abstinentiam observato.
4. Peccata tua sacerdoti proprio, aut alteri cum ejus facultate, singulis annis confitetor.
5. Sacrosanctam Eucharistiam ad minimum semel in anno, idque circa festum Paschae sumito.

Septem peccata capitalia.

1. Superbia. 2. Avaritia. 3. Luxuria. 4. Jnvidia. 5. Gula. 6. Ira. 7. Acedia.

Sex peccata in Spiritum Sanctum.

1. Praesumtio de misericordia Dei, vel de impunitate peccati. 2. Desperatio. 3. Agnitae veritatis impugnatio. 4. Fraternae charitatis invidentia. 5. Obstinatio. 6. Impoenitentia.

Quatuor peccata in coelum clamantia.

1. Homicidium voluntarium. 2. Peccatum Sodomiticum. 3. Oppressio pauperum, viduarum atque pupillorum. 4. Merces operariorum defraudata.

Novem peccata aliena, quae committuntur:

1. Consilio; 2. Jussione; 3. Consensu; 4. Irritatione; 5. Laudatione; 6. Reticentiâ; 7. Conniventia; 8. Rei alienae participatione; 9. Alieni peccati defensione.

Punctum IV.

Eliciendus postea actus Contritionis, et formandum firmum propositum emendationis.

Domine Jesu Christe, verus Deus et homo, Creator ac Redemptor meus!

Poenitet me ex toto corde, quod offenderim te Dominum et Deum meum, quem amo super omnia.

(Considera infinitam Dei bonitatem et amorem erga te, et ingratitudinem tuam erga

Deum; considera infinitam perfectionem et summam sanctitatem Dei, et infinitam offensionem ejus per peccata tua; agnosce culpam, humiliare te, discute cor tuum, lacrymas funde, implora veniam et misericordiam Dei.)

Propono firmiter amplius non paccare, omnesque peccandi occasiones devitare, confiteri et implere poenitentiam, quae mihi fuerit injuncta, et in satisfactionem peccatorum meorum offero tibi sacratissimam vitam, passionem et mortem tuam, totumque pretium sanguinis tui pro nobis effusi, merita quoque B. Mariae semper Virginis et omnium Sanctorum, atque omnia opera mea, et totam vitam meam. Et confido in bonitate et misericordia tua infinita, quod per merita pretiosi Sanguinis tui, mihi remissurus sis omnia delicta mea, et gratiam uberem largiturus, qua vitam sancte instituere, tibique perfecte usque in finem servire valeam: qui vivis et regnas cum Patre et Spiritu Sancto Deus in saecula benedictus. Amen.

Deus propitius esto mihi peccatori!

Jesu, fili David, miserere mei!

Ingressurus confessionale dic:

Ecce Domine, ego vilis peccator, pauper, malus et indignus venio ad te superfluentem

abyssum pietatis, ut laver ab omni macula, et munder ab omni peccato. Amen.

Post Confessionem dic Ps. 102.

Benedic anima mea Domino: et omnia, quae intra me sunt, nomini sancto ejus.

Benedic anima mea Domino: et noli oblivisci omnes retributiones ejus.

Qui propitiatur omnibus iniquitatibus tuis: qui sanat omnes infirmitates tuas.

Qui redimit de interitu vitam tuam: qui coronat te in misericordia et miserationibus.

Miserator et misericors Dominus: longanimis, et multum misericors.

Non secundum peccata nostra fecit nobis: neque secundum iniquitates nostras retribuit nobis.

Quantum distat Ortus ab Occidente: longe fecit a nobis iniquitates nostras.

Quomodo miseretur Pater filiorum, misertus est Dominus timentibus se: quoniam ipse cognovit figmentum nostrum.

Benedicite Domino omnes Angeli ejus: qui facitis voluntatem ejus.

Benedicite Domino omnia opera ejus, in omni loco dominationis ejus: benedic anima mea Domino.

Gloria Patri et Filio et Spiritui Sancto. Sicut erat in principio, et nunc et semper et in saecula saeculorum. Amen.

Oratio post Confessionem.

Gratias tibi ago, pientissime Jesu, quod me indignum peccatorem ad poenitentiam patienter expectaveris, veniam et indulgentiam peccatorum mihi concesseris. Suscipe, obsecro, hanc humilem confessionem meam, quam feci, et quidquid mihi nunc defuit ad plenam et sinceram numerationem peccatorum meorum, et convenientem pro iisdem dolorem: Tu ex fonte Misericordiae tuae benigne supplere digneris, meque perfecte absolutum habere in coelis: et praesta auxilium gratiae tuae, ut deinceps peccata devitem, ac fidelius tibi serviam, intercedente gloriosa Virgine Genitrice tua Maria et omnibus Sanctis, qui tibi placuerunt ab initio mundi. Juravi enim et statui deinceps custodire judicia justitiae tuae, te adjuvante; qui

vivis et regnas Deus in saecula saeculorum. Amen.

Praeparatio ad Missam.

Ant. Ne reminiscaris Domine, delicta nostra vel parentum nostrorum: * neque vindictam sumas de peccatis nostris.

Quam dilecta tabernacula tua, Domine virtutum! * concupiscit et deficit anima mea in atria Domini.

Cor meum et caro mea * exultaverunt in Deum vivum.

Etenim passer invenit sibi domum, * et turtur nidum sibi, ubi ponat pullos suos.

Altaria tua, Domine virtutum: * Rex meus et Deus meus.

Beati, qui habitant in domo tua Domine: * in saecula saeculorum laudabunt te.

Beatus vir, cujus est auxilium abs te: * ascensiones in corde suo disposuit, in valle lacrymarum, in loco, quem posuit.

Etenim benedictionem dabit legislator, ibunt de virtute in virtutem: * videbitur Deus deorum in Sion.

Domine Deus virtutum, exaudi orationem meam: * auribus percipe Deus Jacob.

Protector noster aspice Deus: * et respice in faciem Christi tui.

Quia melior est dies una in atriis tuis * super millia.

Elegi abjectus esse in domo Dei mei, * magis quam habitare in tabernaculis peccatorum.

Quia misericordiam et veritatem diligit Deus: * gratiam et gloriam dabit Dominus:

Non privabit bonis eos, qui ambulant in innocentia: * Domine virtutum, beatus homo, qui sperat in te.

Gloria Patri.

Ps. 84.

Benedixisti Domine terram tuam: * avertisti captivitatem Jacob.

Remisisti iniquitatem plebis tuae: * operuisti omnia peccata eorum.

Mitigasti omnem iram tuam: * avertisti ab ira indignationis tuae.

Converte nos Deus salutaris noster: * et averte iram tuam a nobis.

Numquid in aeternum irasceris nobis? * aut extendes iram tuam a generatione in generationem?

Deus tu conversus vivificabis nos: * et plebs tua laetabitur in te.

Ostende nobis Domine misericordiam tuam:* et salutare tuum da nobis.

Audiam quid loquatur in me Dominus Deus: * quoniam loquetur pacem in plebem suam:

Et super sanctos suos, * et in eos, qui convertuntur ad cor.

Verumtamen prope timentes eum salutare ipsius: * ut inhabitet gloria in terra nostra.

Misericordia et veritas obviaverunt sibi: * justitia et pax osculatae sunt.

Veritas de terra orta est: * et justitia de coelo prospexit.

Etenim Dominus dabit benignitatem: * et terra nostra dabit fructum suum.

Justitia ante eum ambulabit: * et ponet in via gressus suos.

Gloria Patri.

Ps. 85.

Inclina, Domine, aurem tuam, et exaudi me: * quoniam inops et pauper sum ego.

Custodi animam meam, quoniam sanctus sum: * salvum fac servum tuum, Deus meus, sperantem in te.

Miserere mei, Domine, quoniam ad te clamavi tota die: * laetifica animam servi tui, quoniam ad te, Domine animam meam levavi.

Quoniam tu Domine suavis et mitis: * et multae misericordiae omnibus invocantibus te.

Auribus percipe Domine orationem meam: * et intende voci deprecationis meae.

In die tribulationis meae clamavi ad te: * quia exaudisti me.

Non est similis tui in diis, Domine; * et non est secundum opera tua.

Omnes gentes, quascunque fecisti, venient et adorabunt coram te Domine: * et glorificabunt nomen tuum.

Quoniam magnus es tu, et faciens mirabilia: * tu es Deus solus.

Deduc me Domine in via tua, et ingrediar in veritate tua: * laetetur cor meum ut timeat nomen tuum.

Confitebor tibi, Domine Deus meus, in toto corde meo, * et glorificabo nomen tuum in aeternum.

Quia misericordia tua magna est super me: * et eruisti animam meam ex inferno inferiori.

Deus, iniqui insurrexerunt super me, et synagoga potentium quaesierunt animam meam:* et non proposuerunt te in conspectu suo.

Et tu Domine Deus miserator et misericors: * patiens, et multae misericordiae et verax.

Respice in me et miserere mei, * da imperium tuum puero tuo: et salvum fac filium ancillae tuae.

Fac mecum signum in bonum, ut videant, qui oderunt me, et confundantur: * quoniam tu Domine adjuvisti me, et consolatus es me.

Gloria Patri.

Ps. 115.

Credidi propter quod locutus sum: * ego autem humiliatus sum nimis.

Ego dixi in excessu meo: * omnis homo mendax.

Quid retribuam Domino: * pro omnibus, quae retribuit mihi?

Calicem salutaris accipiam, * et nomen Domini invocabo.

Vota mea Domino reddam coram omni populo ejus: * pretiosa in conspectu Domini mors sanctorum ejus.

O Domine, quia ego servus tuus: * ego servus tuus et filius ancillae tuae.

Dirupisti vincula mea: * tibi sacrificabo hostiam laudis et nomen Domini invocabo.

Vota mea Domino reddam in conspectu omnis populi ejus: * in atriis domus Domini, in medio tui Jerusalem.

Gloria Patri.

Ps. 129.

De profundis clamavi ad te, Domine: *Domine exaudi vocem meam.

Fiant aures tuae intendentes, *in vocem deprecationis meae.

Si iniquitates observaveris Domine: *Domine quis sustinebit?

Quia apud te propitiatio est, *et propter legem tuam sustinui te Domine.

Sustinuit anima mea in verbo ejus: *speravit anima mea in Domino.

A custodia matutina usque ad noctem: *speret Israel in Domino.

Quia apud Dominum misericordia; *et copiosa apud eum redemtio.

Et ipse redimit Israel, *ex omnibus iniquitatibus ejus.

Gloria Patri.

Ant. Ne reminiscaris Domine delicta nostra, vel parentum nostrorum, neque vindictam sumas de peccatis nostris.

Temp. Pasch. add. Alleluja.

Kyrie eleison. Christe eleison. Kyrie eleison. Pater noster. ℣ Et ne nos inducas in tentationem. ℟ Sed libera nos a malo.

℣. Ego dixi, Domine miserere mei.
℟. Sana animam meam, quia peccavi tibi.
℣. Convertere Domine aliquantulum.
℟. Et deprecare super servos tuos.
℣. Fiat misericordia tua Domine super nos.
℟. Quemadmodum speravimus in te.
℣. Sacerdotes tui induantur justitiam.
℟. Et Sancti tui exultent.
℣. Ab occultis meis munda me, Domine.
℟. Et ab alienis parce servo tuo.
℣. Domine exaudi orationem meam.
℟. Et clamor meus ad te veniat.

℣. Dominus vobiscum. ℟. Et cum spiritu tuo.

Oremus.

Aures tuae pietatis, mitissime Deus, inclina precibus nostris, et gratia sancti Spiritus illumina cor nostrum: ut tuis mysteriis digne ministrare, teque aeterna charitate diligere mereamur.

Deus, cui omne cor patet, et omnis voluntas loquitur, et quem nullum latet secretum: purifica per infusionem sancti Spiritus cogitationes cordis nostri; ut te perfecte diligere, et digne laudare mereamur.

Ure igne sancti Spiritus renes nostros et cor nostrum, Domine: ut tibi casto corpore serviamus et mundo corde placeamus.

Mentes nostras, quaesumus Domine, Paraclitus, qui a te procedit, illuminet, et inducat in omnem, sicut tuus promisit Filius, veritatem.

Adsit nobis, quaesumus Domine, virtus Spiritus sancti, quae et corda nostra clementer expurget, et ab omnibus tueatur adversis.

Deus, qui corda fidelium sancti Spiritus illustratione docuisti: da nobis in eodem Spiritu recta sapere, et de ejus semper consolatione gaudere.

Conscientias nostras, quaesumus Domine, visitando purifica: ut veniens Dominus noster Jesus Christus Filius tuus, paratam sibi in nobis inveniat mansionem. Qui tecum vivit et regnat in unitate Spiritus sancti Deus, per omnia saecula saeculorum. Amen.

Ego volo celebrare Missam et conficere corpus et sanguinem Domini nostri Jesu Christi justa ritum sanctae Romanae Ecclesiae, ad laudem omnipotentis Dei, totiusque Curiae triumphantis, ad utilitatem meam totiusque Curiae militantis, pro omnibus, qui se commendaverunt orationibus meis in genere et in specie, et pro felici statu sanctae Romanae Ecclesiae. Amen.

Gaudium cum pace, emendetionem vitae, spatium verae poenitentiae, gratiam et consolationem sancti Spiritus, perseverantiam in bonis operibus tribuat nobis omnipotens et misericors Dominus. Amen.

Orationes dicendae, cum Sacerdos induitur sacerdotalibus paramentis:

Cum lavat manus: Da, Domine, virtutem manibus meis ad abstergendam omnem macu-

lam: ut sine pollutione mentis et corporis valeam tibi servire.

Ad Amictum: Impone, Domine, capiti meo galeam salutis ad expugnandos diabolicos incursus.

Ad Albam: Dealba me, Domine, et munda cor meum: ut in sanguine Agni dealbatus, gaudiis perfruar sempiternis.

Ad Cingulum: Praecinge me, Domine, cingulo puritatis, et extingue in lumbis meis humorem libidinis, ut maneat in me virtus continentiae et castitatis.

Ad Manipulum: Merear, Domine, portare manipulum fletus et doloris: ut cum exultatione recipiam mercedem laboris.

Ad Stolam: Redde mihi, Domine, stolam immortalitatis, quam perdidi in praevaricatione primi parentis: et quamvis indignus accedo ad tuum sacrum mysterium, merear tamen gaudium sempiternum.

Ad Casulam: Domine, qui dixisti: Jugum meum suave est et onus meum leve: Fac, ut istud portare sic valeam, quod consequar tuam gratiam. — Amen.

Gratiarum actio post Missam.

Ant. Trium puerorum cantemus hymnum, quem cantabant Sancti in camino ignis, benedicentes Dominum.

Temp. Pasch. Alleluja.

Benedicite omnia opera Domini Domino, *laudate et superexaltate eum in saecula.

Benedicite Angeli Domini Domino: *benedicite coeli Domino.

Benedicite aquae omnes, quae super coelos sunt, Domino: *benedicite omnes virtutes Domini Domino.

Benedicite sol et luna Domino: *benedicite stellae coeli Domino.

Benedicite omnis imber et ros Domino: *benedicite omnes spiritus Dei Domino.

Benedicite ignis et aestus Domino: *benedicite frigus et aestus Domino.

Benedicite rores et pruina Domino: *benedicite gelu et frigus Domino.

Benedicite glacies et nives Domino: *benedicite noctes et dies Domino.

Benedicite lux et tenebrae Domino: *benedicite fulgura et nubes Domino.

Benedicat terra Dominum: *laudet et superexaltet eum in saecula.

Benedicite montes et colles Domino: *benedicite universa germinantia in terra Domino

Benedicite fontes Domino: *benedicite maria et flumina Domino.

Benedicite cete, et omnia, quae moventur in aquis, Domino: *benedicite omnes volucres coeli Domino.

Benedicite omnes bestiae et pecora Domino: *benedicite filii hominum Domino.

Benedicat Israel Dominum: *laudet et superexaltet eum in saecula.

Benedicite sacerdotes Domini Domino: *benedicite servi Domini Domino.

Benedicite spiritus et animae justorum Domino: *benedicite sancti et humiles corde Domino.

Benedicite Anania, Azaria, Misael, Domino: *laudate et superexaltate eum in saecula.

Benedicamus Patrem et Filium cum sancto Spiritu: *laudemus et superexaltemus eum in saecula.

Benedictus es Domine in firmamento coeli: *et laudabilis et gloriosus, et superexaltatus in saecula.

Ps. 150.

Laudate Dominum in Sanctis ejus: * laudate eum in firmamento virtutis ejus.

Laudate eum in virtutibus ejus: * laudate eum secundum multitudinem magnitudinis ejus.

Laudate eum in sono tubae: * laudate eum in psalterio et cithara.

Laudate eum in tympano et choro: * laudate eum in chordis et organo.

Laudate eum in cymbalis bene sonantibus: * laudate eum in cymbalis jubilationis: * omnis spiritus laudet Dominum.

Gloria Patri.

Ant. Trium puerorum cantemus hymnum, quem cantabant Sancti in camino ignis, benedicentes Dominum. T. P. Alleluja.

Kyrie eleison. Christe eleison. Kyrie eleison.

Pater noster.

℣. Et ne nos inducas in tentationem.
℟. Sed libera nos a malo.
℟. Confiteantur tibi, Domine, omnia opera tua.
℟. Et Sancti tui benedicant tibi.
℣. Exultabunt Sancti in gloria.
℟. Laetabuntur in cubilibus suis.
℣. Non nobis, Domine, non nobis.

℟. Sed nomini tuo da gloriam.
℣. Domine exaudi orationem meam.
℟. Et clamor meus ad te veniat.
℣. Dominus vobiscum. ℟. Et cum spiritu tuo.

Oremus.

Deus, qui tribus pueris mitigasti flammas ignium: concede propitius, ut nos famulos tuos non exurat flamma vitiorum.

Actiones nostras, quaesumus Domine, aspirando praeveni, et adjuvando prosequere: ut cuncta nostra oratio et operatio a te semper incipiat, et per te coepta finiatur.

Da nobis, quaesumus Domine, vitiorum nostrorum flammas extinguere, qui beato Laurentio tribuisti tormentorum suorum incendia superare. Per Christum Dominum nostrum. Amen.

Benedictio Mensae.*)

Ante prandium. *Sacerdos benedicturus mensam incipit:* Benedicite, *et alii repetunt:* Benedicite. *Deinde dicit:*
℣. Oculi omnium.

---

*) Ex Brev. Rom.

℟. In te sperant Domine, et tu das escam illorum in tempore opportuno. Aperis tu manum tuam, et imples omne animal benedictione.

Gloria Patri. Sicut erat.

Kyrie eleison, Christe eleison. Kyrie eleison.

Pater noster.

℣. Et ne nos inducas in tentationem.

℟. Sed libera nos a malo.

Postea Sacerdos dicit:

Oremus.

Benedic, Domine, nos et haec tua dona, quae de tua largitate sumus sumpturi. Per Christum Dominum nostrum. ℟. Amen.

Deinde lector: Jube Domine benedicere.

Benedictio:

Mensae coelestis participes faciat nos Rex aeternus gloriae. ℟. Amen.

Post prandium.

Lector: Tu autem Domine, miserere nobis. ℟. Deo gratias.

Sacerdos: Confiteantur tibi Domine omnia opera tua. ℟. Et sancti tui benedicant tibi.

Gloria Patri. Sicut erat.

Sacerdos: Agimus tibi gratias, omnipotens Deus, pro universis beneficiis tuis: qui vivis et regnas in saecula saeculorum. ℟. Amen.

Dein alternatim dicitur Ps. Miserere mei. vel Ps. Laudate Dominum omnes gentes: * laudate eum omnes populi.

Quoniam confirmata est super nos misericordia ejus: * et veritas Domini manet in aeternum.

Gloria Patri. Sicut erat. Kyrie eleison. Christe eleison. Kyrie eleison. Pater noster.

℣. Et ne nos inducas in tentationem.
℟. Sed libera nos a malo.
℣. Dispersit, dedit pauperibus.
℟. Justitia ejus manet in saeculum saeculi.
℣. Benedicam Dominum in omni tempore.
℟. Semper laus ejus in ore meo.
℣. In Domino laudabitur anima mea.
℟. Audiant mansueti, et laetentur.
℣. Magnificate Dominum meum.
℟. Et exaltemus nomen ejus in idipsum.
℣. Sit nomen Domini benedictum.
℟. Ex hoc, nunc et usque in saeculum.

Dein sine Oremus: Retribuere dignare, Domine, omnibus nobis bona facientibus propter nomen tuum vitam aeternam.

℟. Amen.

℣. Benedicamus Domino. ℟. Deo gratias.

℣. Fidelium animae per misericordiam Dei requiescant in pace. ℟. Amen.

Pater noster. Secreto. *Quo finito dicit sacerdos*: Deus det nobis suam pacem. ℟. Amen.

Ante coenam.

Sacerdos: Benedicite. ℟. Benedicite.

Deinde sacerdos incipit ℣. et alii prosequuntur:

Edent pauperes, et saturabuntur, et laudabunt Dominum, qui requirunt eum: vivent corda eorum in saeculum saeculi. Gloria Patri. Sicut erat. Kyrie eleison. Christe eleison. Kyrie eleison.

Pater noster. Et ne nos. Oremus. Benedic Domine *etc. ut supra in prandio.*

Jube Domine. Benedictio. Ad coenam vitae aeternae perducat nos rex aeternae gloriae. ℟ Amen.

Post coenam.

L. Tu autem Domine misere nobis. ℟. Deo gratias.

S. Memoriam fecit mirabilium suorum misericors et miserator Dominus: escam dedit timentibus se. Gloria Patri. Sicut erat.

Sacerdos dicit: Benedictus Deus in donis suis, et sanctus in omnibus operibus suis, qui vivit et regnat in saecula saeculorum. ℟. Amen.

Dein alternatim: Ps. Laudate Dominum, ut supra post prandium.

Quando semel comeditur, omnia dicuntur, ut in Coena.

Praedictus modus benedicendi mensam, est communis per annum. In aliquibus festis diebus ℣. ℣. *et Psalmi variantur, ut videndum est in Breviario.*

Itinerarium.*)

Clericus in ipso itineris ingressu, si solus fuerit, dicat, quae sequuntur, in singulari, si cum sociis, in plurali.

Ant. In viam pacis.

Cant. **B**enedictus Dominus Deus Israel: * quia visitavit, et fecit redemptionem plebis suae.

Et erexit cornu salutis nobis, * in domo David pueri sui:

Sicut locutus est per os Sanctorum, * qui a saeculo sunt, prophetarum ejus.

Salutem ex inimicis nostris, * et de manu omnium, qui oderunt nos:

---

*) Ex Brev. Rom.

Ad faciendam misericordiam cum patribus nostris: *et memorari testamenti sui sancti.

Jus jurandum, quod juravit ad Abraham patrem nostrum, *daturum se nobis.

Ut sine timore de manu inimicorum nostrorum liberati, *serviamus illi.

In sanctitate et justitia coram ipso, *omnibus diebus nostris.

Et tu puer, Propheta Altissimi vocaberis: *praeibis enim ante faciem Domini parare vias ejus.

Ad dandam scientiam salutis plebi ejus: *in remissionem peccatorum eorum.

Per viscera misericordiae Dei nostri: *in quibus visitavit nos, oriens ex alto.

Illuminare his, qui in tenebris, et in umbra mortis sedent: *ad dirigendos pedes nostros in viam pacis.

Gloria Patri.

Ant. In viam pacis et prosperitatis dirigat nos omnipotens et misericors Dominus: et angelus Raphael comitetur nobiscum in via, ut cum pace, salute et gaudio revertamur ad propria. Kyrie eleison. Christe eleison. Kyrie eleison. Pater noster.

℣. Et ne nos inducas in tentationem.
℟. Sed libera nos a malo. Amen.
℣. Salvos fac servos tuos.
℟. Deus meus sperantes in te.
℣. Mitte nobis Domine auxilium de sancto.
℟. Et de Sion tuere nos.
℣. Esto nobis Domine turris fortitudinis.
℟. A facie inimici.
℣. Nihil proficiat inimicus in nobis.
℟. Et filius iniquitatis non apponat nocere nobis.
℣. Benedictus Dominus die quotidie.
℟. Prosperum iter faciat nobis Deus salutarium nostrorum.
℣. Vias tuas Domine, demonstra nobis.
℟. Et semitas tuas edoce nos.
℣. Utinam dirigantur viae nostrae.
℟. Ad custodiendas justificationes tuas.
℣. Erunt prava in directa.
℟. Et aspera in vias planas.
℣. Angelis suis Deus mandavit de te.
℟. Ut custodiant te in omnibus viis tuis.
℣. Domine exaudi orationem meam.
℟. Et clamor meus ad te veniat.
℣. Dominus vobiscum.
℟. Et cum spiritu tuo.

Oremus.

Deus, qui filios Israel per maris medium sicco vestigio ire fecisti; quique tribus Magis iter ad te stella duce pandisti: tribue nobis, quaesumus, iter prosperum, tempusque tranquillum: ut Angelo tuo sancto comite, ad eum, quo pergimus, locum, ac demum ad aeternae salutis portum pervenire feliciter valeamus.

Deus, qui Abraham puerum tuum, de Ur Chaldaeorum eductum, per omnes suae peregrinationis vias illaesum custodisti: quaesumus, ut nos famulos tuos custodire digneris: esto nobis Domine in procinctu suffragium, in via solatium, in aestu umbraculum, in pluvia et frigore tegumentum, in lassitudine vehiculum, in adversitate praesidium, in lubrico baculus, in naufragio portus; ut te duce, quo tendimus, prospere perveniamus, et demum incolumes ad propria redeamus.

Adesto, quaesumus Domine, supplicationibus nostris, et viam famulorum tuorum in salutis tuae prosperitate dispone: ut inter omnes viae et vitae hujus varietates tuo semper protegamur auxilio.

Praesta, quaesumus omnipotens Deus: ut familia tua per viam salutis incedat, et beati

Joannis praecursoris hortamenta sectando, ad eum, quem praedixit, secura perveniat, Dominum nostrum Jesum Christum Filium tuum; qui tecum vivit et regnat in unitate Spiritus sancti Deus, per omnia saecula saeculorum Amen.

℣. Procedamus in pace.

℟. In nomine Domini. Amen.

Ante Meditationem *)

quotidie instituendam recolenda est Dei praesentia, genua sunt flectenda, crux est formanda sub verbis:

Per signum s. Crucis de inimicis nostris libera nos Deus noster. In nomine Patris et Filii et Spiritus sancti. Amen.

Fac confessionem generalem vel gratiarum actionem.

Dein pone tibi ante oculos mentis materiam meditationis tuae jam praeparatam, et dic orationem sequentem:

*) Ex Ludov. de Ponte Meditation.

Tibi, Domine, offero quidquid hoc tempore et loco cogitavero, dixero, tractavero, ut pure ad honorem et gloriam tuam dirigatur; propter temet ipsum supplico, mihi adsis, ut ita orem, sicut tu vis ad sanctissimi nominis tui gloriam, animae vero meae utilitatem. Amen.

Quae orationis forma ad tres Divinas Personas potest dirigi:

1. *Modo ad Patrem aeternum dicendo:*

Summe Pater, hunc tibi orationem unitam et incorporatam orationi Unigeniti Filii tui Jesu Christi Domini mei offero; per eundem obsecrans, ut me eo modo juves orare, quo Ille orabat; ut sicut Illius fuit, ita et mea oratio sit tibi accepta. Amen.

2. *Modo ad Dei Filium dicendo:*

Redemptor ac Magister mi! doce me orare juvaque, ut talem attentionem, puritatem fervoremque in orando adhibeam, qualem tu Patrem tuum orans adhibebas; quo mea, ut tua oratio grata Illi sit. Amen.

3. *Modo ad Spiritum Sanctum dicendo:*

Sanctissime Spiritus, ego miser et ignorans peccator quid orem, sicut oportet, nescio: Tu itaque Deus meus, pete in me ac move me, ut gemitibus petam inenarrabilibus, quo mea

oratio locum inveniat et accepta sit, at tam nobili procedens principio, quale Tu es, cui sit honor et gloria in aeterna saecula. Amen.

Oratio.

Actiones nostras, quaesumus Domine, aspirando praeveni, et adjuvando prosequere: ut cuncta nostra oratio et operatio a te semper incipiat, et per te coepta finiatur. Per Christum Dominum nostrum. Amen.

Meditatione peracta examina conscientiam tuam, quomodo ea successerit, distractus ne fueris, an collectus? devotus, an aridus? fueris ne totus in ratiocinatione? (quia id studium potius est quam oratio) an affectus etiam et bona proposita conceperis? an in colloquiis et petitionibus cum Deo reverentiam adhibueris et fiduciam, annon? Quodsi in omnibus bene tibi successit, Deo gratias age, ipsius gratiae et misericordiae bonum hunc exitum, non industriae tuae aut diligentiae attribuens: sin minus bene, causam investigabis: quod si culpam tuam deprehenderis aut ignaviam; dolore de culpa concepto, emendationem propones, statuens te deinceps ita mortificare, ut ejus jacturae causam removeas.

Preces vespertinae.*)

Gratiarum actio.

Ave salus et illuminatio animae meae, Deus meus. Gratias tibi referat, quidquid coeli ambitus, terrarumque circuitus et abyssi complectitur profundum, pro universis beneficiis et miserationibus tuis, quae mihi in corpore et anima contulisti. Quoniam cum tantus sit numerus, quod nequaquam valeam respondere uni pro mille: hinc idipsum illi aeternae, immensae et in commutabili gratitudini committo, qua tibi, o fulgida semperque tranquilla Trinitas ex te ipsa, per te ipsam et in te ipsa omne debitum plene suppletur. Et hinc me quasi pulvis exiguus ingerens per eum, qui in substantia mea tibi assistit, offere tibi laudes et gratiarum actiones, quales dedisti nobis posse per eundem in Spiritu sancto. Amen.

Hic examina conscientiam et elicita contritione cum intimo suspirio dic:

In amaritudine Passionis Jesu Christi Filii tui, amantissime Pater, moveo querimoniam,

---

*) Ex „Vade mecum."

vehementer me accusans, quod hodie tam infideliter tibi servierim, teque benignissimum Patrem tot et tantis negligentiis et peccatis offenderim; de quibus ex intimo corde dolens, in spiritu humilitatis et in animo contrito percutio pectus meum dicens: Deus propitius esto mihi peccatori! Et pro universis negligentiis meis, quibus suavifluum Spiritum tuum in me extinxi, offero tibi poenas et lacrymas dilecti Filii tui, et peto in unione efficacissimae orationis ejusdem in virtute Spiritus sancti omnium peccatorum meorum emendationem, defectuumque meorum suppletionem. Quod mihi praestare digneris per amorem illum, qui te continuit, cum tuae paternae deliciositatis amantissimus Unicus tuus cum sceleratis reputaretur. Amen.

Commendatio ad cor Jesu.

O Cor Jesu dulcissimum, tibi commendo hac nocte cor et corpus meum, ut in te dulciter requiescant. Et quoniam ego jam obdormiturus, Deum laudare nequeo, tu illud pro me supplere digneris; ita ut quot pulsus cor meum hac nocte dederit, tot laudes Ss. Trinitati pro me persolvas: omnemque halitum, quem spiravero, in te susceptum, eidem tan-

quam vivas amoris scintillas offerre velis. Amen.

Commendatio ad B. M. V. et Ss. Patronos.

In tuam maternam fidelitatem ac singularem custodiam commendo me hac nocte, o beatissima Virgo Maria, rogans, ut me ab infidiis inimici tuearis. O dilectissime Angele Custos, o vos sancti Patroni mei s. Joannes Baptista, s. Adam, sancte Bernarde hac nocte defendite et incolumem servate me. Et pro me, dormiente incessanter Deum meum laudate; mihique vestram benedictionem, quam humiliter peto, conferre dignemini. Amen.

Intentio ante somnum.

Domine Jesu, hunc somnum suscipiam in illo amore, quo tu eundem sanctificasti, cum in tua sancta humanitate consimili utereris ad laudem Dei Patris, et salutem totius generis humani; orans, ut in unione divini amoris tibi cedat in augmentum salutis omnibus coelestibus, terrestribus et purgandis. Amen.

Decubiturus pollice in fronte scribe has literas J. N. R. J. dicens:

Jesus Nazarenus Rex Judaeorum praeservet me a subitanea mala morte!

Aliae preces vespertinae. *)

Litaniae Lauretanae.

Kyrie eleison. Christe eleison. Kyrie eleison.

Christe audi nos. Christe exaudi nos.
Pater de coelis Deus, Miserere nobis!
Fili, Redemptor mundi Deus, Miserere nobis!
Spiritus Sancte Deus, Miserere nobis!
Sancta Trinitas, unus Deus, Miserere nobis!
Sancta Maria,
Sancta Dei Genitrix,
Sancta Virgo virginum,
Mater Christi,
Mater divinae gratiae,
Mater purissima,
Mater castissima,
Mater inviolata,
Mater intemerata,
Mater amabilis,
Mater admirabilis,
Mater Creatoris,

(The lines from "Sancta Maria" to "Mater Creatoris" are joined by a bracket: Ora pro nobis!)

*) Ex „Vade mecum."

Mater Salvatoris,
Virgo prudentissima,
Virgo veneranda,
Virgo praedicanda,
Virgo potens,
Virgo clemens,
Virgo fidelis,
Speculum justitiae,
Sedes sapientiae,
Causa nostrae laetitiae,
Vas spirituale,
Vas honorabile,
Vas insigne devotionis,
Rosa mystica,
Turris Davidica,
Turris eburnea,
Domus aurea,
Foederis arca,
Janua coeli,
Stella matutina,
Salus infirmorum,
Refugium peccatorum,
Consolatrix afflictorum,
Auxilium Christianorum,
Regina Angelorum,
Regina Patriarcharum,

Ora pro nobis.

Regina Prophetarum,
Regina Apostolorum,
Regina Martyrum,
Regina Confessorum,
Regina Virginum,
Regina Sanctorum omnium,
Regina, sine labe originali concepta,

Ora pro nobis!

Agnus Dei, qui tollis peccata mundi.
℞. Parce nobis Domine.

Agnus Dei, qui tollis peccata mundi,
℞. Exaudi nos Domine.

Agnus Dei, qui tollis peccata mundi,
℞. Miserere nobis.

Christe audi nos. Christe exaudi nos.
Ave Maria.

Sub tuum praesidium confugimus, sancta Dei Genitrix, nostras deprecationes ne despicias in necessitatibus nostris: sed a periculis cunctis libera nos semper Virgo gloriosa, et benedicta, Domina nostra, Mediatrix nostra, Advocata nostra, tuo Filio nos reconcilia, tuo Filio nos commenda, tuo Filio nos repraesenta.
℣. Ora pro nobis sancta Dei genitrix.
℞. Ut digni efficiamus promissionibus Christi.

Oremus.

Gratiam tuam, quaesumus, Domine, mentibus nostris infunde, ut qui Angelo nuntiante Christi Filii tui incarnationem cognovimus, per passionem ejus et crucem ad resurrectionis gloriam perducamur. Per eumdem Christum Dominum nostrum. Amen.

℣. Ora pro nobis beatissime Joseph.

℟. Ut digni efficiamur promissionibus Christi.

Oremus.

Sanctissimae Genitricis tuae sponsi, quaesumus Domine, meritis adjuvemur, ut quod possibilitas nostra non obtinet, ejus nobis intercessione donetur. Qui vivis et regnas Deus in saecula saeculorum. Amen.

Memorare, o piissima Virgo Maria, non esse auditum a saeculo, quemquam ad tua currentem praesidia, tua implorantem auxilia, tua petentem suffragia esse derelictum. Ego tali animatus confidentia, ad te Virgo virginum, Mater, curro, ad te venio, coram te gemens peccator assisto; noli Mater Verbi verba mea despicere, sed audi propitia et exaudi. Amen.

℣. O Maria sine labe originali concepta.

℟. Ora pro nobis, qui confugimus ad te.

Dein ter Ave Maria etc.

℣. O Maria, refugium peccatorum.

℟. Ora pro nobis.

Commendatio ad B. M. V.

O Domina mea, sancta Maria, me in tuam benedictam fidem ac singularem custodiam, et in sinum misericordiae tuae, hac nocte, et semper et in hora exitus mei, animam meam et corpus meum tibi commendo: omnem spem meam, et consolationem meam, omnes angustias et miserias meas, vitam et finem vitae meae tibi committo; ut per tuam sanctissimam intercessionem et per tua merita, omnia mea dirigantur et disponantur opera secundum tuam tuique Filii voluntatem. Amen.

Ave Maria etc.

O Domina mea Sancta Maria, sicut Deus Pater per omnipotentiam suam te potentissimam fecit, ita mihi quoque adsis nunc, et in hora mortis meae, expellendo a me omnem contrariam potestatem. Amen.

Ave Maria etc.

O Domina mea Sancta Maria, sicut Filius Dei tanta te cognitione et claritate illuminare dignatus est, ut totum coelum illumines, ita nunc et in hora mortis meae animam meam

cognitione fidei sic illustres et corrobores, ut nullo errore aut ignorantia pervertatur. Amen.

Ave Maria etc.

O Domina mea sancta Maria, sicut Spiritus sanctus suum amorem tibi plene infudit, ita tu nunc et in morte mea dulcedinem amoris divini mihi instilla, ex quo omnis amaritudo mihi reddatur suavissima. Amen.

Oratio pro felici morte ad Ss. Trinitatem.

Pater aeterne, per vitam et mortem dilectissimi Filii tui, perque viscera misericordiae tuae rogo te, concede, ut in bono perseverem et moriar in gratia tua.

Bone Jesu, per charitatem aeterni Patris, et ultima in cruce verba, quibus Patri spiritum tuum commendasti, te rogo, suscipe spiritum meum in fine vitae meae.

Spiritus Sancte Deus, miserere mei, et sancta inspiratione tua me semper et potissimum in hora mortis meae corrobora.

Sanctissima Trinitas, meus Deus, miserere mei nunc et in hora mortis meae. Amen.

Benedictio mane et vespere usurpanda.

Benedicat nos, bone Jesu! tua omnipotentia, instruat nos tua sapientia, repleat nos tua dul-

tiedo, trahat et uniat nos tibi tua bonitas in saecula. Amen.

Pax Domini nostri Jesu Christi, et virtus sacratissimae Passionis ejus: signum s. Crucis, et titulus triumphalis: Jesus Nazarenus Rex Judaeorum; Integritas quoque beatissimae Virginis Mariae; Custodia ss. Angelorum praesertim tutelaris mei, et suffragia omnium Electorum Dei ✠ sint inter me et omnes inimicos meos visibiles et invisibiles, nunc et in hora mortis meae. Amen.

In nomine Patris, et Filii, et Sp. S.

In pace inidipsum dormiam et requiescam; quoniam tu, Domine singulariter in spe, constituisti me.

Illumina oculos meos, ne unquam obdormiam in morte, nequando dicat inimicus meus: praevalui adversus eum.

Nos cum prole pia benedicat Virgo Maria. Amen.

In nomine Jesu, Mariae et Joseph obdormiam.

Sint illa nomina benedicta et laudata in saecula! Amen.

Administratio Sacramentorum.*)

Ut ea, quae ex antiquis Catholicae Ecclesiae institutis, et Sacrorum Canonum summorumque Pontificum decretis, de Sacramentorum ritibus ac caeremoniis praescribuntur, qua par est diligentia ac religione custodiantur, et ubique fideliter serventur; illud ante omnia scire et observare convenit, quod Sacrosancta Tridentina Synodus de iis ritibus decrevit in haec verba:

Si quis dixerit, receptos et approbatos Ecclesiae Catholicae ritus in solemni Sacramentorum administratione adhiberi consuetos, aut contemni, aut sine peccato a ministris pro libitu omitti, aut in novos alios per quemcunque Ecclesiarum pastorem mutari posse, anathema sit.

***) Quae sequuntur, desumta sunt ex Rituali Herbipolensi, praeter ea, quae in specie erunt notata.**

Sacerdos ad ministrandum Sacramentum procedens, rei quam tractaturus est, intentus sit, nec de iis, quae ad ipsam non pertinent, quidquam cum alio colloquatur; in ipsaque administratione actualem attentionem habere studeat, vel saltem virtualem, cum intentione faciendi, quod in eo facit Ecclesia.

Sacramentum Baptismi.

Sacerdos baptizans lotis manibus, oratione fusa et intentione directa, superpellicio, collari et stola coloris violacei indutus cum ministro ad januam ecclesiae procedat, ubi baptizandus moratur. Ibi crucis signo signatus sciscitetur nomen infantis:

In Nomine † Patris et † Filii et † Spiritus sancti. Amen.

S. Dieses Kind soll in der hl. Taufe den Namen eines (einer) Heiligen erhalten, um an ihm (ihr) ein Vorbild der Nachahmung zu haben, und eine Ermunterung, heilig zu leben.

S. Wie soll also dieses Kind heißen?

R. N. N.

S. N. Was begehrst du von der Kirche Gottes?

R. Den heiligen Glauben.

S. Wozu nützt dir der heilige Glaube?

R. Zum ewigen Leben.

S. N. Willst du zum Leben eingehen, so halte die Gebote! Du sollst den Herrn, deinen Gott lieben aus deinem ganzen Herzen, aus deiner ganzen Seele, aus deinem ganzen Gemüthe und deinen Nächsten wie dich selbst!

Dein ter exsufflet leniter in faciem infantis, et dicat semel:

Exi ab eo (ea), immunde spiritus, et da locum Spiritui sancto Paraclito!

Postea pollice faciat signum † in fronte et in pectore infantis, dicens:

Accipe signum Crucis tam in fron † te, quam in cor † de, sume fidem coelestium praeceptorum, et talis esto moribus, ut templum Dei jam esse possis.

Oremus.

Preces nostras, quaesumus Domine, clementer exaudi, et hunc (hanc) electum (am) N. crucis dominicae impressione signatum (am) perpetua virtute custodi, ut magnitudinis gloriae tuae rudimenta servans per

custodiam mandatorum tuorum ad regenerationis gloriam pervenire mereatur. Per Christum Dominum nostrum. ℟. Amen.

Dein ponat manum super caput infantis, ac dicat:

Oremus.

Omnipotens sempiterne Deus, Pater Domini nostri Jesu Christi, respicere dignare super hunc (hanc) famulum (am) tuum (am) N., quem (quam) ad rudimenta fidei vocare dignatus es, omnem caecitatem cordis ab eo (ea) expelle: disrumpe omnes laqueos satanae, quibus fuerat colligatus (a): aperi ei, Domine, januam pietatis tuae, ut signo sapientiae tuae imbutus (a) omnium cupiditatum foetoribus careat, et ad suavem odorem praeceptorum tuorum laetus (a) tibi in ecclesia tua deserviat, et proficiat de die in diem. Per eumdem Christum Dominum nostrum. ℟. Amen.

Benedictio salis. Exorcizo te creatura salis in nomine Dei Patris † omnipotentis, et in charitate Domini nostri Jesu † Christi, et in virtute Spiritus † sancti, exorcizo te per Deum † vivum, per Deum † verum, per Deum † sanctum, per Deum †, qui te ad tutelam humani generis procreavit, et populo venienti ad cre-

dulitatem per servos suos consecrari praecepit, ut in nomine sanctae Trinitatis efficiaris salutare sacramentum ad effugandum inimicum. Proinde rogamus te, Domine Deus noster, ut hanc creaturam salis sanctificando sanctifices †, benedicendo benedicas †, ut fiat omnibus accipientibus perfecta medicina, permanens in visceribus eorum, in nomine ejusdem Domini nostri Jesu Christi, qui venturus est judicare vivos et mortuos et saeculum per ignem. ℟. Amen.

Dein immittat modicum salis benedicti in os infantis, dicens:

N. Accipe salem sapientiae: propitiatio sit tibi in vitam aeternam. ℟. Amen.

S. Pax tecum. ℟. Et cum spiritu tuo.

Oremus.

Deus patrum nostrorum, Deus universae conditor veritatis, te supplices exoramus, ut hunc (hanc) famulum (am) tuum (am) N. respicere digneris propitius, et hoc primum pabulum salis gustantem non diutius esurire permittas, quo minus cibo expleatur coelesti, quatenus sit semper spiritu servans, spe gaudiens, tuo semper nomini serviens. Perduc eum (eam) Domine, quaesumus, ad novae regenerationis lavacrum, ut cum fidelibus tuis

promissionum tuarum aeterna praemia consequi mereatur. Per Christum Dominum nostrum. ℟. Amen.

Exorcizo te, immunde spiritus, in nomine † Patris, et † Filii, et Spiritus † sancti, ut exeas et recedas ab hoc (hac) famulo (a) Dei N. Ipse enim tibi imperat, maledicte damnate, qui pedibus super mare ambulavit, et Petro mergenti dexteram porrexit.

Ergo maledicte diabole, recognosce sententiam tuam et da honorem Deo vivo et vero, da honorem Jesu Christo Filio ejus, et Spiritui sancto, et recede ab hoc (hac) famulo (a) Dei N., quia istum (am) sibi Deus et Dominus noster Jesus Christus ad suam sanctam gratiam et benedictionem, fontemque Baptismatis vocare dignatus est. Et hoc signum sanctae Crucis, quod nos † fronti ejus damus, tu, maledicte diabole, nunquam audeas violare. Per eumdem Christum Dominum nostrum. ℟. Amen.

Mox imponit manum super caput infantis, et dicit:

Oremus.

Aeternam ac justissimam pietatem tuam deprecor, Domine sancte, pater, omnipotens aeterne Deus, auctor luminis et verita-

tis, super hunc (hanc) famulum (am) tuum (am) N., ut digneris illum (am) illuminare lumine intelligentiae tuae: munda eum (eam) et sanctifica; da ei scientiam veram, ut dignus (a) gratia baptismi tui effectus (a) teneat firmam spem, consilium rectum, doctrinam sanctam. Per eumdem Christum Dominum nostrum.

℟. Amen.

Postea sacerdos imponit extremam partem stolae super infantem, et indruducit eum in ecclesiam, dicens:

N. Ingredere in templum Dei, ut habeas partem cum Christo in vitam aeternam.

℟. Amen.

Cum fuerint in ecclesiam ingressi ad fontem, sacerdos genuflexus cum susceptoribus dicit:

Ich glaube an Gott Vater u. s. w.

Vater unser u. s. f.

Ac deinde antequam accedat ad baptisterium, dicat:

Exorcizo te, omnis spiritus immunde, in nomine Dei, † Patris omnipotentis, et in nomine † Jesu Christi, filii ejus, Domini et judicis nostri, et in virtute † Spiritus sancti, ut discedas ab hoc plasmate Dei N., quod Dominus noster ad templum sanctum suum vocare dig-

natus est, ut fiat templum Dei vivi, et Spiritus sanctus habitet in eo. Per eumdem Christum Dominum nostrum, qui venturus est, judicare vivos et mortuos et saeculum per ignem.

℟. Amen.

Postea sacerdos digito accipiat de saliva oris sui et tangat aures et nares infantis: tangendo aures dicat:

Epheta, quod est ad aperire.

Tangendo nares dicat:

In odorem suavitatis. Tu autem effugare diabole, appropinquabit enim judicium Dei.

Postea interrogat baptizandum nominatim dicens:

N. Widersagst du dem Teufel?

℟. Ich widersage.

Und allen seinen Werken?

℟. Ich widersage.

Und aller seiner Hoffart?

℟. Ich widersage.

Dein sacerdos intingit pollicem in oleo Catechumenorum, et infantem ungit in pectore et inter scapulas in modum crucis, dicens:

Ego te linco † oleo salutis in Christo † Jesu, Domino nostro, ut habeas vitam aeternam.

℟. Amen.

Dein pollicem et inuncta loca abstergit, et deposita stola violacea sumit aliam coloris albi, et interrogat expresso nomine baptizandum, patrino respondente:

S. N. Glaubst du an Gott Vater, den allmächtigen Schöpfer des Himmels und der Erde?

R. Ich glaube.

S. Glaubst du an Jesum Christum, seinen eingeborenen Sohn, unseren Herrn, der geboren ist und gelitten hat?

R. Ich glaube.

Glaubst du an den hl. Geist, eine hl. allgemeine Kirche, Gemeinschaft der Heiligen, Nachlassung der Sünden, Auferstehung des Fleisches und ein ewiges Leben?

R. Ich glaube.

Subinde expresso nomine baptizandi sacerdos dicit:

N. Willst du getauft sein?

R. Ich will.

Tunc patrino vel matrina infantem tenente sacerdos vasculo accipit aquam baptismalem, et de ea ter fundit super caput infantis in modum crucis, et simul verba proferens, semel tantum distincte et attente dicit:

Digitized by Google

N. Ego te baptizo in Nomine Patris † et Filii † et Spiritus † sancti. ℟. Amen.

Si vero dubitatur, an infans fuerit baptizatus, utatur hac forma:

N. Si non es baptizatus, ego te baptizo in nomine Patris †, et Filii †, et Spiritus † sancti.

Dein intingit pollicem in sacro Chrismate, et ungit infantem in summitate capitis in modum crucis dicens:

Deus omnipotens, Pater Domini nostri Jesu Christi, qui te regeneravit ex aqua et spiritu sancto, quique dedit tibi remissionem omnium peccatorum *(hic inungit)* ipse te lineat Chrismate Salutis † in eodem Christo Jesu Domino nostro in vitam aeternam. ℟. Amen.

S. Pax tibi. ℟. Et cum Spiritu tuo.

Tunc abstergit pollicem et locum inunctum bombacio, et capiti infantis imponit vestem candidam dicens:

Accipe vestem candidam, quam immaculatam perferas ante tribunal Domini nostri Jesu Christi, ut habeas vitam aeternam. ℟. Amen.

Cereum accensum apponens in manu patrini, eumque simul tenens, dicat:

N. Nimm hin diese brennende Kerze, das Sinnbild des eingeborenen Sohnes Gottes, der

als das wahre Licht jeden Menschen erleuchtet, der in diese Welt kommt, und lasse auch du dein Licht leuchten vor den Menschen durch Lehre und Beispiel, damit du untadelhaft deinen Taufbund bewahrest, und einst mit Gott ewig in seiner Herrlichkeit vereiniget werdest.

N. Vade in pace, et Dominus sit tecum.

℟. Amen.

Benedictio mulieris post partum in templo peragenda.

Sacerdos stola alba indutus puerperam ad foras ecclesiae genuflectentem aqua benedicta aspergit, et dicit:

℣. Adjutorium nostrum in nomine Domini.

℟. Qui fecit coelum et terram.

Ant. Haec accipiet benedictionem a Domino.

Ps. 23.

Domini est terra et plenitudo ejus, orbis terrarum, et universi, qui habitant in eo.

Quia ipse super maria fundavit eum: et super flumina praeparavit eum.

Quis ascendet in montem Domini: aut quis stabit in loco sancto ejus?

Innocens manibus et mundo corde: qui non accepit in vano animam suam, nec juravit in dolo proximo suo.

Hic accipiet benedictionem a Domino: et misericordiam a Deo salutari suo.

Haec est generatio quaerentium eum: quaerentium faciem Dei Jacob.

Attollite portas principes vestras, et elevamini portae aeternales: et introibit rex gloriae.

Quis est iste Rex gloriae? Dominus fortis et potens, Dominus potens in praelio.

Attollite portas principes vestras, et elevamini portae aeternales: et introibit rex gloriae.

Quis est iste rex gloriae? Dominus virtutum ipse est rex gloriae.

Gloria Patri et Filio etc.

Haec accipiet benedictionem a Domino, et misericordiam a Deo salutari suo, quia haec est generatio quaerentium Dominum.

Dein porrigens ad manum mulieris extremam partem stolae, eam introducit in ecclesiam, dicens:

Ingredere in templum Dei, adora filium Beatae Mariae Virginis, qui tibi foecunditatem tribuit prolis.

Et ipsa ingressa genuflectit coram altari, et orat, interim sacerdos dicit:

Kyrie eleison. Christe eleison. Kyrie eleison.

Pater noster. *Secreto.*

℣. Et ne nos inducas in tentationem.
℟. Sed libera nos a malo.
℣. Salvam fac ancillam tuam Domine.
℟. Deus meus sperantem in te.
℣. Mitte ei Domine auxilium de sancto.
℟. Et de Sion tuere eam.
℣. Nihil proficiat inimicus in ea.
℟. Et filius iniquitatis non apponat nocere ei.
℣. Domine exaudi orationem meam.
℟. Et clamor meus ad te veniat.
℣. Dominus vobiscum.
℟. Et cum spiritu tuo.

Oremus.

Omnipotens sempiterne Deus, qui per Beatae Mariae Virginis partum fidelium parientium dolores in gaudium vertisti: respice propitius super hanc famulam tuam, ad templum sanctum tuum pro gratiarum actione laetam

accedentem, et praesta, ut post hanc vitam ejusdem Beatae Mariae meritis et intercessione, ad aeternae beatitudinis gaudia cum prole sua pervenire mereatur. Per Christum Dominum nostrum. ℟. Amen.

Dein eam aspergit aqua benedicta, dicens:

Pax et benedictio Dei omnipotentis Patris † et Filii † et Spiritus † sancti descendat super te, et maneat semper. Amen.

Sacramentum Poenitentiae.

Oratio recitanda ante sacramentales confessiones excipiendas.

Da mihi, Domine, sedium tuarum assistricem sapientiam, ut sciam judicare populum tuum in justitia, et pauperes tuos in judicio. Fac me ita tractare claves regni coelorum, ut nulli aperiam, cui claudendum sit, nulli claudam, cui aperiendum sit. Sit intentio mea pura, zelus meus sincerus, charitas mea patiens, labor meus fructuosus. Sit in me lenitas non remissa, asperitas non severa, pauperem ne despiciam, diviti ne aduler. Fac me ad alli-

ciendos peccatores suavem, ad interrogandos prudentem, ad instruendos peritum. Tribue, quaeso, ad retrahendos a malo solertiam, ad confirmandos in bono sedulitatem, ad promovendos ad meliora industriam: in responsis maturitatem, in consiliis rectitudinem, in obscuris lumen, in implexis sagacitatem, in arduis victoriam; inutilibus colloquiis ne detinear, pravis ne contaminer, alios salvem, me ipsum non perdam. Amen.

Ritus administrandi Poenitentiae Sacramentum infirmis in aedibus.

Sacerdos cubiculum infirmi ingrediens dicit:

℣. Pax huic domui. ℟. Et omnibus habitantibus in ea.

Indutus superpelliceo et stola aspergit aegrotum aqua benedicta dicens:

Rore coelesti aspergat te omnipotens Deus, Pater †, et Filius †, et Spiritus † sanctus.

℟. Amen.

Deinde dicit coram Christi imagine in mensa posita:

℣. Adjutorium nostrum in nomine Domini.
℟. Qui fecit coelum et terram.

℣. Domine exaudi orationem meam.
℟. Et clamor meus ad te veniat.
℣. Dominus vobiscum.
℟. Et cum spiritu tuo.

Oremus.

Deus, cui proprium est, misereri semper et parcere, qui culpa offenderis, poenitentia placaris, suscipe deprecationem nostram, ut hunc (hanc) famulum (am) aegrotum (am) et omnes, quos delictorum catena constringit, miseratio tuae pietatis clementer absolvat. Per Christum Dominum nostrum. ℟. Amen.

Nunc dimissis aliis sacerdos cum aegroto manet solus, et datâ exhortatione excipit confessionem ejus. Sacerdotis autem est, aegrotum confitentem omni modo juvare, ne quid memoriae ejus excidat, aut subrepat aliquis defectus vel ex parte contritionis, vel ex parte confessionis.

Data sequenti benedictione: „Dominus sit in corde tuo et in labiis tuis, ut digne et competenter confitearis peccata tua in nomine Patris et Filii † et Spiritus Sancti. Amen.“ *recitet cum infirmo orationes in confessionali consuetas, et benevole, patienter et attente audiat confessionem peccatorum ejus, cum paterna*

charitate opportunas correptiones et monitiones, prout opus esse viderit, adhibeat, et ad dolorem et contritionem efficacibus verbis adducere conetur. Meminerit porro sacerdos, aegris non esse injungendam gravem aut laboriosam poenitentiam; sed indicendam tantum illam, quam, si convaluerint, opportuno tempore peragant. Interim juxta gravitatem morbi, aliqua oratione aut levi satisfactione imposita, et acceptata, absolvantur, prout opus fuerit. Saepius sacerdos bene et prudenter faciet, si orationes aegris in poenitentiam injunctas clara voce cum illis recitabit.

Absolutionis Forma.

Misereatur tui omnipotens Deus, et dimissis peccatis tuis perducat te ad vitam aeternam. Amen.

Indulgentiam, absolutionem et remissionem peccatorum tuorum tribuat tibi omnipotens et misericors Dominus. Amen.

Dominus noster Jesus Christus te absolvat; et ego auctoritate ipsius te absolvo ab omni vinculo excommunicationis, (suspensionis) et interdicti, in quantum possum et tu indiges. Deinde ego te absolvo a peccatis tuis in nomine Patris et † Filii et Spiritus sancti. Amen.

Passio Domini nostri Jesu Christi, merita Beatae Mariae semper Virginis et omnium Sanctorum, quidquid boni feceris et mali sustinueris, sint tibi in remissionem peccatorum, augmentum gratiae, et praemium vitae aeternae. Amen.

NB. *Quodsi inter confitendum, vel etiam antequam incipiat confiteri, vox et loquela aegrum deficiat, nutibus et signis conetur sacerdos peccata poenitentis cognoscere; quibus utcunque vel in genere vel in specie cognitis, vel etiamsi confitendi desiderium sive per se, sive per alios ostenderit, absolvendus est; uti et illi, qui catholice vixit, et apoplexiâ vel alio morbo tactus in periculum mortis incidit, etsi nullum contritionis signum dederit, modo constet eum Christiane vixisse, sub conditione (saltem mente retentâ) eadem absolutio sacramentalis non est neganda. Urgente vero aliqua gravi necessitate in periculo mortis, breviter dicere poterit:*

Ego te absolvo ab omnibus censuris et peccatis, in nomine Patris † et Filii et Spiritus sancti. Amen.

Si confessario sive in foro conscientiae sive extra data est potestas dispensandi super irregularitate, tunc postquam absolverit a peccatis, addat consequenter: *)

*) Ex Rit. Rom.

Et eadem auctoritate dispenso tecum super irregularitate, quam ob talem causam incurristi, et habilem reddo et restituo te executioni Ordinum et officiorum tuorum in nomine Patris †, et Filii et Spiritus sancti. Amen.

Relinquens aegrotum sacerdos, aqua benedicta aspergit eum et circumstantes dicens:

Rore coelesti aspergat vos omnipotens Deus! In nomine † Patris et † Filii et Spiritus † sancti. Amen.

Sacramentum Eucharistiae.

Ordo administrandi sacram communionem.*)

Sacerdos, si tempus adest, possit ante Eucharistiae distributionem dicere:

Oremus.

Adjuva me Deus, ut cum debita reverentia et devotione ad gloriam nominis tui valeam perficere, quod ipsemet fecisti in terris et nobis indignis tuis ministris facere praecepisti, quodque revera nunc facit ac intendit s. mater Ecclesia. Dirige etiam animum suscipientis

*) Ex Rituali Romano.

uniuscujusdam s. Eucharistiam, ne ad interitum sed ad salutem aeternam sumat panem angelorum. Gratia tua et pax pie coenantibus. Amen.

Sacerdos s. Eucharistiam ministraturus, hostiis seu particulis pro populi multitudine consecratis, vasculoque uno, vel pluribus, decenti et commodo loco expositis, cum vino et aqua ad purificationem eorum, qui Communionem sumpserint, et ante eos linteo mundo extenso, lotis prius manibus et superpelliceo indutus, ac desuper stola coloris Officio illius diei convenientis, praecedente Clerico seu alio ministro, procedit ad Altare manibus junctis et accensis cereis, facta prius et postea genuflexione, extrahit pyxidem et illam super corporale depositam discooperit. Minister genibus flexis, nomine populi ad cornu Epistolae facit Confessionem generalem, dicens: Confiteor Deo omnipotenti etc. *Tum Sacerdos iterum genuflectit et manibus junctis ante pectus vertit se ad populum (advertens, ne terga vertat Sacramento) et in cornu Evangelii dicit:*

Misereatur vestri omnipotens Deus, et dimissis peccatis vestris perducat vos ad vitam aeternam. ℟. Amen. *Et addit*: Indulgentiam, absolutionem † et remissionem peccatorum ve-

strorum tribuat vobis omnipotens et misericors Dominus. ℟. Amen.

Sacerdos dicens: Indulgentiam etc. *manu dextera in formam crucis signat communicandos. Dein ad Altare se convertit, genuflectit, manu sinistra pyxidem prehendit, et duobus digitis, pollice et indice, sacramentum accipit et elevat: conversusque ad populum in medio Altaris dicit clara voce:* Ecce Agnus Dei, ecce qui tollit peccata mundi. Domine, non sum dignus, ut intres sub tectum meum, sed tantum dic verbo, et sanabitur anima mea. *) *Quod iterum ac tertio repetit; qua formula etiam utendum est, cum feminae Communio ministratur. Postea ad communicandum accedit, incipiens ab iis, qui sunt ad partem Epistolae, sed primo, si sacerdotibus vel aliis ex Clero danda sit Communio, iis ad gradus Altaris genuflexis praebeatur, vel si commode fieri potest, intra sepimentum Altaris sint a laicis distincti. Sacerdotes vero cum stola communicent. Sacerdos unicuique porrigens Sacramentum, et fa-*

*) *Consuetudo dicendi in Communione fidelium: „Ecce Agnus Dei.“ Domine non sum dignus, idiomate vulgari est eliminanda, utpote Rituali Romano contraria.* S. R. C. die 23. Maji 1835.

ciens cum eo signum Crucis super pyxidem, simul dicit:

Corpus Domini nostri Jesu Christi custodiat animam tuam in vitam aeternam. Amen.

Ubi vero omnes communicaverint, Sacerdos reversus ad Altare, dicere potest: O sacrum convivium, in quo Christus sumitur, recolitur memoria passionis ejus, mens impletur gratia, et futurae gloriae nobis pignus datur.

℣. Panem de coelo praestitisti eis. *Minister respondet* ℟. Omne delectamentum in se habentem. Temp. Pasch. Alleluja.

℣. Domine exaudi orationem meam.

℟. Et clamor meus ad te veniat.

℣. Dominus vobiscum. ℟. Et cum spiritu tuo.

Oremus.

Deus, qui nobis sub Sacramento mirabili, passionis tuae memoriam reliquisti: tribue, quaesumus, ita nos Corporis et Sanguinis tui sacra mysteria venerari, ut redemptionis tuae fructum in nobis jugiter sentiamus. Qui vivis et regnas in saecula saeculorum. ℟. Amen.

Temp. Pasch. **S**piritum nobis, Domine, tuae charitatis infunde; ut quos sacramentis paschalibus satiasti, tua facias pietate concordes. Per Christum Dominum nostrum. ℟. Amen.

*Antequam reponat Sacramentum, diligenter advertat, ut si aliquod fragmentum digitis adhaeserit, illud in pyxidem deponat; et eosdem digitos, quibus tetigit sacramentum, abluat, et abstergat purificatorio: ablutionem vero sumat, si celebraverit, aut iis, qui tunc communicarunt, sumendum tradat; aut saltem in sacrarium injiciat. Postea genuflectens reponit sacramentum in tabernaculo, et clave obserat. Deinde extenta manu dextera, benedicit iis, qui communicarunt, dicens:**)

Benedictio Dei omnipotentis Patris † et Filii et Spiritus sancti, descendat super vos, et maneat semper. ℟. Amen.

Communio autem populi intra Missam statim post Communionem Sacerdotis celebrantis fieri debet, (nisi quandoque ex rationabili causa post Missam sit facienda), cum Orationes, quae in Missa post Communionem dicuntur, non solum ad Sacerdotem, sed etiam ad alios communicantes spectent. Itaque Sacerdos, sumpto

---

*) *Consuetudo, seu potius abusus benedicendi populo cum pyxide post distributionem s. Communionis est eliminandus et populus cum manu dextera benedicendus, juxta Rituale Rom. et Decr.* S. R. C. die 23. Maji 1835.

sacratissimo Sanguine, antequam se purificet, ponat particulas consecratas in pyxide, vel si pauci sunt communicandi, super patenam, nisi in principio positae fuerint in pyxide; et genuflectit, ministro interim faciente confessionem, ut supra. Postea vertens se ad populum, in cornu Evangelii dicit: Misereatur vestri etc. *et eo, quo supra dictum est, modo porrigit communicandis Eucharistiam, incipiens a ministris Altaris, si velint communicare. Finita Communione, revertitur ad Altare, nihil dicens: et non dat eis benedictionem, quia illam dabit in fine Missae. Deinde dicit secreto:* Quod ore sumpsimus, etc. *ut in Missali, se purificat, et Missam absolvit. Quod si contingat, absoluta Missa, statim aliquos interdum communicare, tunc Sacerdos adhuc planeta indutus, sacram Communionem eo modo, quo supra dictum est, ministrabit.*

Vox amantis Jesum animae.

Ante vel post Communionem:

Anima Christi sanctifica me,
Corpus Christi salva me,
Sanguis Christi inebria me,

Aqua lateris Christi lava me,
Passio Christi conforta me.
O bone Jesu exaudi me,
Intra vulnera tua absconde me
Et ne permittas me separari a te
Ab hoste maligno defende me,
In hora mortis meae voca me,
Et jube me venire ad te,
Ut cum Sanctis tuis laudem te
In saecula saeculorum. Amen.

S. Ignatii Oratio.

1. O Deus! ego amo te,
Nam prior tu amasti me;
En libertate privo me,
Ut sponte vinctus sequar te.
2. Nil suggerat memoria,
Nisi de tua gloria:
Nil intellectus sapiat,
Praeterquam ut te capiat.
3. Protestor nihil velle me,
Nisi quod sciam velle te:
Quae dono tuo mea sunt,
Haec dono meo tua sunt.

4. A te accepi, recipe,
Quid iis velis, praecipe;
Guberna, sicut scis et vis,
Nam scio, quod amator sis.

5. Amore solo dona me,
Ut ego quoque amem te,
Et vigil et per somnia:
Haec dando dabis omnia.

Suspirium S. Francisci Xaverii.

1) O Deus! ego amo te
Nec amo te, ut salves me,
Aut quia non amantes te
Aeterno punis igne.
Tu, tu, mi Jesu! totum me
Amplexus es in cruce:
Tulisti clavos, lanceam,
Multamque ignominiam,
Innumeros dolores
Sudores et angores,
Ac mortem, et haec propter me,
Ac pro me peccatore.

2) Cur igitur non amem te,
O Jesu amantissime?

Non ut in coelo salves me,
Aut ne aeternum damnes me,
Nec praemii ullius spe,
Sed sicut tu amasti me,
Sic amo et amabo te,
Solum, quia Rex meus es,
Et solum, quia Deus es.

Petitiones s. Augustini.

Domine Jesu! noverim me, noverim te,
Nec aliquid cupiam, nisi te
Ut odiam me, et amem te;
Quidquid agam, sit propter te.
Humiliem me, et exaltem te:
Nihil cogitem, nisi te.
Mortificem me, ut vivam in te:
Quaecunque eveniant, accipiam a te.
Persequar me, sequar te:
Semper optem sequi te.
Fugiam me, confugiam ad te;
Dignus sim defendi a te.
Timeam mihi, timeam te,
Simque de electis a te.
Diffidam mihi, fidam in te;
Obedire velim propter te.
In nullo inveniar, nisi in te;

Aspice me, ut diligam te.
Voca me, ut videam te:
Et in aeternum potiar te. Amen.

Hymnus s. Thomae de Aquino.

1. Lauda Sion! Salvatorem, Lauda ducem et pastorem In hymnis et canticis. Quantum potes, tantum aude, Quia major omni laude, Nec laudare sufficis.

2. Laudis thema specialis, Panis vivus et vitalis, Hodie proponitur, Quem in sacrae mensa coenae, Turbae fratrum duodenae, Datum non ambigitur.

3. Sit laus plena, sit sonora, Sit jucunda, sit decora Mentis jubilatio. Dies enim celebratur, In qua sacrae memoratur Coenae institutio.

4. In hac mensa novi Regis, Novum Pascha novae legis, Phase vetus terminat: Prisca subsunt novitati, Umbrae cedunt veritati, Noctem lux eliminat.

5. Quod in coena Christus gessit, Faciendum hoc expressit In sui memoriam. Docti sacris institutis, Panem, vinum in salutis Consecramus hostiam.

6. Dogma datur Christianis, Quod in Carnem transit panis, Et vinum in Sanguinem. Quod non capis, quod non vides, Animosa firmat fides, Praeter rerum ordinem.

7. Sub diversis speciebus, Signis tantum et non rebus, Latent res eximiae. Caro cibus, Sanguis potus: Manet tamen Christus totus sub utraque specie.

8. A sumente non concisus, Non confractus non divisus, Integer accipitur. Sumit unus, sumunt mille, Quantum isti, tantum ille: Nec sumtus consumitur.

9. Sumunt boni, sumunt mali. Sorte tamen inaequali, Vitae vel interitus. Mors est malis, vita bonis: Vide, paris sumtionis, Quam sit dispar exitus!

10. Fracto demum Sacramento, Ne vacilles sed memento: Tantum esse sub fragmento, Quantum toto tegitur. Nulla rei fit scissura, Signi tantum fit fractura, Qua nec status, nec statura Signati minuitur.

11. Ecce panis Angelorum! Factus cibus viatorum, Vere panis filiorum, Non mittendus canibus. In figuris praesignatur, Cum Isaac immolatur, Agnus Paschae deputatur, Datur manna patribus.

12. Bone Pastor! Panis vere, Jesu nostri miserere! Tu nos pasce, nos tuere, Tu nos bona fac videre, In terra viventium. Tu qui cuncta scis et vales, Qui nos pascis hic mortales, Tuos ibi commensales, Cohaeredes et sodales, Fac Sanctorum civium. Amen.

Ritus in ministrando Eucharistiae Sacramento infirmis in eorum aedibus.*)

Sacerdos ubi pervenerit ad domum aegroti, ingrediens dicit:

Pax huic domui.

℟. Et omnibus habitantibus in ea.

Tunc deposito super mensa, corporali tecta, sacramento genibus flexis adorat, et dein infirmum aqua benedicta aspergit dicens:

Ant. Asperges me Domine hyssopo, et mundabor; lavabis me, et super nivem dealbabor.

---

*) *Praxis administrandi aegrotis ss. Eucharistiae sacramentum cum stola super vestem communem, vel habitum religiosum absque cotta sive superpellicео, omnino eliminanda est, et super hac re servetur Ritualis Romani praescriptum, neque sacramentum extremae Unctionis sic administrandum.* S. R. C. die 16. Decbris 1826.

Miserere mei Deus secundum magnam misericordiam tuam, et secundum multitudinem miserationum tuarum dele iniquitatem meam.

Gloria Patri etc. *Et repet. Ant.*

℣. Adjutorium nostrum in nomine Domini.

℟. Qui fecit coelum et terram.

℣. Domine exaudi orationem meam.

℟. Et clamor meus ad te veniat.

℣. Dominus vobiscum. ℟. Et cum spiritu tuo.

Oremus.

Exaudi nos, Domine sancte, Pater omnipotens, aeterne Deus, et mittere digneris sanctum angelum tuum de coelis, qui custodiat, foveat, protegat, visitet atque defendat omnes habitantes in hoc habitaculo. Per Christum Dominum nostrum. Amen.

His dictis accedat sacerdos ad infirmum, ut, si non prius factum sit, excipiat ejus confessionem, et si prius confessus sit, exploret saltem, an adhuc dum velit aliqua peccata, noviter commissa, aut in confessione ex defectu memoriae omissa confiteri, in quo casu eum iterum absolvat. — Dein alloquatur infirmum:

Siehe!*) Jesus Christus, dein Heiland

*) Aus dem Fuldaer Krankenbuch des P. Augustin Erthel. 1783.

kommt zu dir, und will sich selbst zu einer Speise und zu einem Pfande des ewigen Lebens dir geben, wenn du ihn mit lebhaftem Glauben, starker Hoffnung, inniger Liebe und demüthiger Reue im hl. Sakramente empfangen willst. Darum sprich mit mir:

O Jesus, ich glaube an dich, als die ewige Wahrheit; ich glaube, daß du in diesem heiligsten Sakramente mit Fleisch und Blut, mit Gottheit und Menschheit wahrhaft und wesentlich zugegen bist.

O Jesus, ich hoffe auf dich, als die unendliche Barmherzigkeit; ich hoffe von dir Verzeihung meiner Sünden, ich hoffe durch dieses hl. Sakrament deine hl. Gnade und die ewige Seligkeit.

O Jesus! mein armes Herz verlangt nach dir, o göttliche Liebe, komm' zu mir!

O Jesus, ich liebe dich, als das höchste und vollkommenste Gut! Der du mich mit ewiger Liebe liebst, und aus unbegreiflicher Liebe dich mit mir vereinigen willst: ich liebe dich aus allen Kräften meines Leibs und meiner Seele, und übergebe mich dir ganz. Aus Liebe zu dir, o mein Jesus, liebe ich meinen Nächsten, liebe ich meine Feinde, und verzeihe Allen, die mich beleidigt haben.

O Jesus, aus Liebe zu dir hasse und verabscheue ich alle meine Sünden, womit ich dich, du höchstes, bestes Gut, so oft und schwer beleidigt habe.

O Jesus! erbarme dich meiner! In tiefster Demuth und Zerknirschung bekenne ich mein Elend und meine Unwürdigkeit vor dir, meinem Herrn und Richter. O daß ich dich niemals beleidigt hätte!

O Jesus! alles Uebel will ich lieber ausstehen, lieber will ich sterben, als noch einmal sündigen. O Jesus! ich bin zwar nicht würdig, daß ich meine Augen zu dir aufhebe: viel weniger, daß du zu mir eingehest, zu mir armseligen Sünder. Jedoch hat meine Armseligkeit keine andere Zuflucht, als dich, o mein im Sakramente gegenwärtiger Jesus! Darum verlange ich nun von ganzem Herzen nach dir. Ach komm' und gib dich mir! Komm' in meine Seele, sie zu heiligen mit deiner Gnade! Komm' in mein Herz, es zu entzünden mit deiner Liebe! Komm' in meinen Leib, um dieses sündhafte Fleisch von allen Makeln zu reinigen. Komm', o Jesus! und sei der Gott meines Herzens!

Hisce finitis minister facit confessionem generalem, qua peracta sacerdos dicit:

„Misereatur“ et „Indulgentiam“.

Dein sumit reverenter sacramentum et illud in manu elevans ostendit infirmo dicens:

„Ecce Agnus Dei, ecce qui tollit peccata mundi! etc. ut pag. 67.

Si vero moribundo datur eucharistia per modum viatici, dicatur:

Accipe frater (soror) viaticum Corporis Domini nostri Jesu Christi, qui te custodiat ab hoste maligno et perducat in vitam aeternam. Amen.

Reversus ad mensam, ablutis digitis, stans dicat:

℣. Domine exaudi orationem meam.
℟. Et clamor meus ad te veniat.
℣. Dominus vobiscum. ℟. Et cum spiritu tuo.

Oremus.

Domine sancte, Pater omnipotens, aeterne Deus, te fideliter deprecamur, ut accipienti fratri nostro (sorori nostrae) sacrosanctum corpus Domini nostri Jesu Christi filii tui, tam corpori, quam animae prosit ad remedium

sempiternum. Qui tecum vivit et regnat in unitate Spiritus sancti Deus per omnia saecula saeculorum. ℟. Amen.

Gebete nach der hl. Communion.

Die Seele Christi heilige mich!
Der Leib Christi erlöse mich!
Das Blut Christi tränke mich!
Das Wasser der Seite Christi wasche mich!
Das Leiden Christi stärke mich!
O gütigster Jesu erhöre mich!
In deine hl. Wunden verberge mich!
Dort lasse ruhen ewig mich!
Von dir laß' nimmer scheiden mich!
Vor'm bösen Feind beschütze mich!
In der Stunde meines Todes rufe mich!
Zu dir zu kommen heiße mich!
Auf daß ich mit deinen Heiligen lobe dich
Zu allen Zeiten ewiglich! Amen.
Jesus, dir lebe ich! Jesus, dir sterbe ich!
Jesus, dein bin ich todt und lebendig!

Gebet nach der hl. Wegzehrung.*)

Mein Herr Jesus! der du aus lauter Liebe und Gütigkeit dich zur Speise meiner Seele gibst,

*) Aus Erthels Fuldaer Krankenbuch.

ich glaube, daß du wahrhaftig in diesem heiligsten Sakramente gegenwärtig bist, und jetzt in mir wohnest.

Ich bete dich an in tiefster Demuth, und sage dir Dank für so viele mir erwiesene Gnaden, besonders daß du dich selbst in diesem göttlichen Geheimnisse zu einer kräftigen Wegzehrung mir geschenkt hast.

O ewiger himmlischer Vater! sieh' auf deinen geliebten Sohn, der nun in mir gegenwärtig ist. Durch seine unendlichen Verdienste hoffe ich von dir Verzeihung, Gnade, Beharrlichkeit und die ewige Glückseligkeit.

Dich liebe ich, mein Gott! über Alles; dich liebe ich, o unermeßliche Gütigkeit! dich liebe ich, meine einzige Liebe, mein Leben, mein Alles!

O unbeflecktes Lamm, welches du auf dem harten Kreuzesholze für mich bist geschlachtet worden, erinnere dich, daß ich eine von denjenigen Seelen sei, die du mit so großen Schmerzen und dem bittersten Tode erlöset hast. Ach gib meinem Herzen, dem du jetzt so nahe bist, wahre aufrichtige Reue über meine vielen Sünden! und lasse nicht zu, o Jesus, daß ich je wieder von dir getrennt werde!

Stehe mir bei in allen Kämpfen und Versuchungen, schenke mir den Sieg über die Feinde meines Heils, und laß' mich kommen zu dem Erbtheil, das du mir durch dein kostbares Blut verdienet hast!

Ich bitte dich inständigst, o Jesus! verleihe mir die Gnade der endlichen Beharrlichkeit, die unter allen deinen Gaben die kostbarste ist. O köstliches Pfand der künftigen Herrlichkeit, o süßestes Brod der Engel! sei meine Speise hier und in der Ewigkeit! bewahre und führe meine Seele zum ewigen Leben!

O heilige Maria, Mutter Gottes, unbefleckte Jungfrau, du Mutter der Barmherzigkeit, du Zuflucht der Sterbenden! bitt' für mich und steh' mir bei im letzten Kampfe, empfiehl mich deinem Sohne, und stelle mich vor deinem Sohne!

Heiliger Erzengel Michael, du Ueberwinder der höllischen Mächte! steh' mir bei und streite für mich gegen die Feinde meines Heils! Nimm auf meine Seele, wenn sie vom Leibe scheidet, und geleite sie zu den himmlischen Freuden!

Heiliger Schutzengel, der du mich von meiner Geburt an so treu bewahret hast, dir danke ich demüthig für die mir bewiesene Liebe, und bitte dich: bewahre mich bis zum Ende. Verlaß' mich

nicht in letzter Noth, treib' von mir den bösen Feind, und erwirb mir, daß ich mit dir und allen Heiligen unseren Gott ewig loben und lieben möge. Amen!

O Gott meines Herzens! ich hoffe, daß ich dich bald sehen werde, ich sehne mich dich zu schauen, und ewig dich zu lieben. Entzünde mich, o Jesu! mit dem Feuer deiner Liebe! gib, daß ich nichts Anderes mehr denke und suche, als dich nach nichts Anderem seufze, als nach dir!

Von nun an, o mein Gott und Heiland! übergebe ich für allzeit in deine Hände all' meine Hoffnung, meine Sehnsucht und mein Verlangen, meinen Leib und meine Seele, mit Allem, was ich bin und habe. Nimm mich an, mein Herr und Gott! und verfahre mit mir nach deinem Wohlgefallen. Ich will, o Liebe meines Herzens! nicht klagen über deine Anordnungen. Tod und Leben, Krankheit und Gesundheit, Alles ist mir gleich, weil ich weiß, daß Alles deine Liebe thut und zu meinem Besten thut.

Anbetungswürdigste, heiligste Wegzehrung! ich sage dir tausend Mal Dank, daß du dich mir gegeben hast. Weiche nicht von mir, o Jesus! verlaß' mich nicht, bis du mich in dein Reich der ewigen Seligkeit einführest. Amen.

Ehre sei dem Vater, Sohne und heiligen Geiste, wie es war im Anfange, jetzt und in alle Ewigkeit. Amen.

In Visitatione Infirmorum (moribundorum).

Sacerdos intrans cubiculum dicat:

Pax huic domui.

℟. Et omnibus habitantibus in ea.

Tunc aspergat aegrotum aqua benedicta dicens:

Asperges me Domine hyssopo et mundabor: lavabis me, et super nivem dealbabor.

Salutet infirmum, interroget eum de morbo, condolentiam ostendat, moneat eum ad patientiam et fiduciam in Deo; soletur eum et suadeat, ut se plane Deo committat. Ne reddat se multiloquiis infirmo odiosum, omnia agat breviter et suaviter, nec ultra mediam horam, nisi sit periculum, apud eum moretur.

Antequam discedit, dicat

Psl. 90.

Qui habitat in adjutorio Altissimi, in protectione Dei coeli commorabitur.

Dicet Domino: susceptor meus es tu et refugium meum: Deus meus sperabo in eum.

Quoniam ipse liberavit me de laqueo venantium, et a verbo aspero.

Scapulis suis obumbrabit tibi: et sub pennis ejus sperabis.

Scuto circumdabit te veritas ejus: non timebis a timore nocturno.

A sagitta volante in die, a negotio perambulante in tenebris, ab incursu et daemonio meridiano.

Cadent a latere tuo mille, et decem millia a dextris tuis: ad te autem non appropinquabit.

Verumtamen oculis tuis considerabis: et retributionem peccatorum videbis.

Quoniam tu es Domine spes mea: altissimum posuisti refugium tuum.

Non accedet ad te malum: et flagellum non appropinquabit tabernaculo tuo.

Quoniam angelis suis mandavit de te: ut custodiant te in omnibus viis tuis.

In manibus portabunt te: ne forte offendas ad lapidem pedem tuum.

Super aspidem et basiliscum ambulabis: et conculcabis leonem et draconem.

Quoniam in me speravit, liberabo eum: protegam eum, quoniam cognovit nomen meum.

Clamabit ad me, et ego exaudiam eum: cum ipso sum in tribulatione: eripiam eum, et glorificabo eum.

Longitudine dierum replebo eum: et ostendam illi salutare meum. Gloria Patri etc.

Kyrie eleison. Christe eleison. Kyrie eleison.

Pater noster.

℣. Et ne nos inducas in tentationem.
℟. Sed libera nos a malo.
℣. Salvum (am) fac servum tuum (ancillam tuam).
℟. Deus meus sperantem in te.
℣. Mitte ei auxilium de sancto.
℟. Et de Sion tuere eum (eam).
℣. Nihil proficiat inimicus in eo (ea).
℟. Et filius iniquitatis non apponat nocere ei.
℣. Esto ei Domine turris fortitudinis.
℟. A facie inimici.
℣. Dominus opem ferat illi.
℟. Super lectum doloris ejus.
℣. Domine exaudi. Dominus vobiscum.

Oremus.

Omnipotens sempiterne Deus, infirmitatem famuli (ae) tui (ae) propitius respice, atque ad sanandum (am) et protegendum (am) eum (eam) dexteram tuæ Majestatis extende.

Concede hunc (hanc) famulum (am) tuum (am) quaesumus Domine Deus perpetua mentis et corporis sanitate gaudere: et gloriosa beatae Mariae semper Virginis intercessione a praesenti liberari tristitia et aeterna perfrui laetitia.

Deus, qui miro ordine angelorum ministeria hominumque dispensas: concede propitius, ut a quibus tibi ministrantibus in coelo semper assistitur, ab his in terra vita nostra muniatur.

Deus, qui facturae tuae semper pio dominaris affectu, inclina aurem tuam supplicationibus nostris, et famulum (am) tuum (am) ex adversa valetudine sui corporis laborantem placatus respice: visita eum (eam) in salutari tuo, et coelestis gratiae praesta ei medicinam. Per Christum Dominum nostrum. ℞. Amen.

Ordinem hunc, visitandi infirmos, ad libitum breviare poterit sacerdos, vel totum omittere, si expedire judicaverit.

Discedens autem semper benedicat aegro, dicens:

Benedictio Dei omnipotentis Patris ✠ et Filii ✠ et Spiritus ✠ sancti descendat super te et maneat semper. Amen.

Ordo extremam unctionem ministrandi.

Sacerdos intrans cubiculum infirmi dicat:

℣. Pax huic domui. ℟. Et omnibus habitantibus in ea.

Posito super mensam sacro Oleo, super pelliceo stolaque indutus, aegroto crucem osculandam porrigit. Postea ipsum et cubiculum aspergit aqua benedicta, dicens:

Asperges me hyssopo etc.

Deinde genuflexus ante crucifixi imaginem dicat:

℣. Adjutorium nostrum in nomine Domini.
℟. Qui fecit coelum et terram.
℣. **Dominus vobiscum.**
℟. **Et cum spiritu tuo.**

Oremus.

Introeat, Domine Jesu Christe, domum hanc sub nostrae humilitatis ingressu, aeterna felicitas, divina prosperitas, serena laetitia, charitas **fructuosa, sanitas sempiterna: effugiat ex hoc loco accessus daemonum: adsint angeli pacis, domumque hanc deserat omnis maligna discordia. Magnifica, Domine, super nos nomen sanctum tuum, et benedic † nostrae conversa-**

tioni: sanctifica nostrae humilitatis ingressum, qui sanctus et pius es, et permanes cum Patre et Spiritu sancto in saecula saeculorum.
℟. Amen.

Oremus et deprecemur Dominum nostrum Jesum Christum, ut benedicendo ✝ benedicat hoc tabernaculum, et omnes habitantes in eo, et det eis angelum bonum custodem, et faciat eos sibi servire ad considerandum mirabilia de lege sua: avertat ab eis omnes contrarias potestates: eripiat eos ab omni formidine, et ab omni perturbatione, ac sanos in hoc tabernaculo custodire dignetur. Qui cum Patre et Spiritu sancto vivit et regnat Deus in saecula saeculorum. ℟. Amen.

Oremus.

Exaudi nos, Domine sancte, Pater omnipotens, aeterne Deus, et mittere digneris sanctum Angelum tuum de coelis, qui custodiat, foveat, protegat, visitet atque defendat omnes habitantes in hoc habitaculo. Per Christum Dominum nostrum. ℟. Amen.

Loco harum orationum etiam dici potest sequens brevior: *)

---

*) Aus dem Fuldaer Rituale.

Oremus.

Deus, qui beatum Petrum apostolum tuum misisti ad Tabitham famulam tuam, ut precibus ejus suscitaretur ad vitam: exaudi nos quaesumus, ut famulo (ae) tuo (tuae), quem (quam) in nomine tuo nostra visitat infirmitas, medicinae tuae medela subveniat. Per Christum Dominum nostrum. ℟. Amen.

Confessionem aegri, si opus sit, excipiat, vel saltem aliqua contritionis signa exposcat: et si sanae sit mentis, eum alloquatur hoc vel simili modo:

Geliebter Bruder (Schwester) in Christo! Ihr werdet euere Krankheit von der Hand Gottes mit Geduld annehmen, auch in seinen heiligen Willen ergeben, und im Vertrauen auf seine liebevolle und weise Vorsehung auch bereit sein, von ihm anzunehmen und zu ertragen, was immer Er über euch verhängen wird, Gesundheit oder längeres Leiden, Leben oder Tod. Da Jesus Christus uns durch sein kostbares Blut erkauft hat: so ist er unser Herr, und wir sind sein Eigenthum. Darum schalte er mit uns nach seinem heiligsten Willen! Werfet euch ihm in die Arme, die Er am Kreuze nach euch ausspannt, hoffet und vertrauet auf seine Verdienste, die Er durch sein

bitteres Leiden und Sterben gestiftet hat und Allen zu Theil werden läßt zu ihrem Heile, die an ihn als die ewige Wahrheit glauben, auf ihn als die unendliche Barmherzigkeit hoffen, ihn als das höchste beste Gut über Alles lieben, und ihm zu Liebe ihre Sünden bereuen.

Sehet, Geliebter! die Welt und was in ihr ist, kann euch nicht helfen; ihr erkennet nun mehr, als je, ihre Eitelkeit: euere Hülfe ist allein bei dem Herrn, der Himmel und Erde erschaffen hat. So sei denn auch Er euer Helfer und Retter in dieser letzten Noth!

Durch das hl. Sakrament der Oelung, das ihr jetzt empfangen wollt, gibt euch Jesus Christus noch ein Pfand seiner Liebe und Barmherzigkeit; er tilget in euch durch die Kraft desselben die Sünden, die ihr nicht recht erkannt habt, er vermehrt die heiligmachende Gnade, nimmt hinweg die Ueberbleibsel der Sünden und ihre zeitlichen Strafen, gibt euch Stärke zur Ertragung der Schmerzen und des Todes selber, und bewaffnet euch zum Kampfe gegen die Versuchungen und Anfechtungen des Satans.

Um diese Gnaden zu erlangen, sprechet mit mir aus der Tiefe eueres Herzens:

Liebreichester Jesus! ich glaube fest, daß du das Heil meiner Seele wahrhaft verlangst. Ich glaube, daß du mich durch das hl. Sakrament der Oelung reinigen, heiligen und stärken kannst und willst. Sieh! weil ich dem Leibe nach nicht kann, so werfe ich mich im Geiste vor dir nieder und bete dich meinen Herrn und Gott demüthigst an. Dich liebe ich, o Jesus! aus ganzem Herzen über Alles, und weil ich dich liebe, so bereue und verfluche ich alle Sünden meines ganzen Lebens. Ich bitte dich demüthigst um Verzeihung. Zur Abbüßung meiner Sünden opfere ich dir auf die Schmerzen meines Leibes, ja meinen Tod selber, den ich dir zu lieb leiden will, der du mir zu Lieb den schmerzlichsten Kreuzestod erduldet hast.

Ach Herr! laß mir durch diese hl. Salbung zu gut kommen den Werth deines Blutes, das du für mich vergossen hast. Laß das Oel des Heiles über mich fließen, tilge durch deine Gnade und Erbarmung, was von Makeln noch an mir ist. Reinige mich von meinen verborgenen Sünden, und wegen fremder Sünden schone meiner. Verzeih' mir gnädigst Alles, was ich durch das Gehör, das Gesicht, den Geruch und Geschmack, durch Gedanken, Reden und Handlungen durch Unter-

lassungen und geheime Sünden wider dich und vor deinem reinsten Angesichte gesündiget habe. Meine von Uebertretungen befleckten Sinne und Glieder laß durch diese heilige Salbung rein waschen, und erneuere mich vor deinem Angesichte!

Herr! du siehst meine Schwachheit. Ach stärke mich durch deine Gnade wider die Macht und den Neid der höllischen Schlange. Laß den Feind meines Heils Nichts wider mich vermögen!

O Jesus! ich empfehle mich in den Schutz der hl. Wunde deiner Seite, ich lege mich an dein allerheiligstes Herz, und will mit dir den Todeskampf bestehen. Dir lebe ich, dir sterbe ich, dein bin ich todt und lebendig. Amen.

Wenn der Kranke des Gehörs beraubt ist, oder nichts um sich weiß: so bete man, wofern nicht Gefahr auf Verzug ist, mit den Anwesenden knieend folgende Litanei:

Herr erbarme dich unser!
Christe erbarme dich unser!
Herr erbarme dich unser!
Christe höre uns! Christe erhöre uns!

Gott Vater vom Himmel, erbarme dich seiner (ihrer)!
Gott Sohn, Erlöser der Welt, erbarme dich seiner!
Gott, heiliger Geist, erbarme dich seiner (ihrer)!
Heilige Dreifaltigkeit, ein einiger Gott, erbarme dich seiner (ihrer)!
Heilige Maria, bitt' für ihn (sie)!
Heilige Gottesgebärerin, bitt' für ihn (sie)!
Heilige Jungfrau aller Jungfrauen, bitt' für ihn (sie)!
Heiliger Michael, bitt' für ihn (sie)!
Heiliger Gabriel, bitt' für ihn (sie)!
Heiliger Raphael, bitt' für ihn (sie)!
Alle hl. Engel und Erzengel, bittet für ihn (sie)!
Alle Chöre der seligen Geister, bittet für ihn (sie)!
Heiliger Johannes der Täufer, bitt' für ihn (sie)!
Heiliger Joseph, bitt' für ihn (sie)!
Alle hl. Patriarchen und Propheten, bittet für ihn (sie)!
Heiliger Petrus, bitt' für ihn (sie)!
Heiliger Paulus, bitt' für ihn (sie)!
Alle hl. Apostel und Evangelisten, bittet für ihn (sie)!
Alle hl. Jünger des Herrn, bittet für ihn (sie)!
Alle hl. unschuldigen Kinder, bittet für ihn (sie)!
Heiliger Stephanus, bitt' für ihn (sie)!

Heiliger Laurentius, bitt' für ihn (sie)!
Heiliger Kilian, Colonat und Totnan bittet für ihn (sie)!
Alle hl. Martyrer, bittet für ihn (sie)!
Heiliger Augustinus, bitt' für ihn (sie)!
Heiliger Martinus, bitt' für ihn (sie)!
Heiliger Nikolaus, bitt' für ihn (sie)!
Alle hl. Bischöfe und Bekenner, bittet für ihn (sie)!
Heiliger Benediktus, bitt' für ihn (sie)!
Heiliger Franziskus, bitt' für ihn (sie)!
Alle hl. Mönche und Einsiedler, bittet für ihn (sie)!
Heilige Maria Magdalena, bitt' für ihn (sie)!
Heilige Barbara, bitt' für ihn (sie)!
Heilige Katharina, bitt' für ihn (sie)!
Alle hl. Jungfrauen und Wittwen, bittet für ihn (sie)!
Alle hl. Auserwählten Gottes, bittet für ihn (sie)!
Sei gnädig! Verschone seiner (ihrer), o Herr!
Sei gnädig! Erlöse ihn (sie), o Herr!
Von allem Uebel, erlöse ihn (sie), o Herr!
Von allen Nachstellungen des Teufels, erlöse ihn (sie), o Herr!
Von Zorn, Haß und allem bösen Willen, erlöse ihn (sie), o Herr!
Von deinem Zorne, erlöse ihn (sie), o Herr!
Vom gähen und unversehenen Tode, erlöse ihn ꝛc.

Vom ewigen Tode,
Durch das Geheimniß deiner Menschwerdung,
Durch deine hl. Geburt,
Durch dein Kreuz und Leiden,
Durch deinen Tod und dein Begräbniß,
Durch deine glorreiche Auferstehung,
Durch deine wunderbare Himmelfahrt,
Durch die Ankunft des hl. Geistes, des Trösters,
Am Tage des Gerichts,

Erlöse ihn (sie), o Herr!

Wir Sünder, wir bitten dich, erhöre uns!
Daß du deinen Diener (deine Dienerin) in seiner (ihrer) Krankheit stärken und trösten wollest,
Daß du ihm (ihr) deinen Frieden geben wollest,
Daß du alle bösen Gedanken von ihm (ihr) entfernen wollest,
Daß du ihm (ihr) wahre Buße und Nachlassung der Sünden verleihen wollest,
Daß du sein (ihr) Herz zu himmlischen Begierden erheben wollest,
Daß du ihm (ihr) die Gnade und Tröstung des heiligen Geistes verleihen wollest,
Daß du ihm (ihr) die Gnade der Beharrlichkeit ertheilen wollest,

Wir bitten dich, erhöre uns!

Daß du uns erhören wollest, wir bitten dich, erhöre uns!

Du Sohn Gottes, wir bitten dich, erhöre uns!

1. O du Lamm Gottes, welches du hinnimmst die Sünden der Welt! Verschone seiner (ihrer) o Herr!

2. Erhöre ihn (sie) o Herr!

3. Erbarme dich seiner (ihrer), o Herr!

Christe, höre uns!

Christe, erhöre uns!

Herr, erbarme dich unser!

Christe, erbarme dich unser!

Herr, erbarme dich unser!

Vater unser.

Herr erhöre mein Gebet! ℟. Und laß mein Rufen zu dir kommen.

Lasset uns beten.

Sieh' gnädig an, o Herr, deinen Diener (deine Dienerin), so jetzt wegen Schwachheit des Leibes in Lebensgefahr schwebt, und erquicke seine (ihre) Seele, die du erschaffen hast: damit er (sie), durch diese väterliche Züchtigung gebessert, erfahre, daß ihm (ihr) kraft deiner Arznei geholfen sei. Durch Christum unsern Herrn! Amen.

Dicto ab aegro vel ministro „Confiteor“ sacerdos versus aegrotum dicit:

Misereatur tui etc. *deinde:*

Indulgentiam, absolutionem † etc.

Mon sinistrâ vas olei sacri tenens, accedit ad infirmum dicens:

In nomine Patris † et Filii † et Spiritus † sancti *(imponit dexteram super caput infirmi, pergens)* extinguatur in te omnis virtus diaboli ger impositionem manuum nostrarum, et per invocationem omnium sanctorum Angelorum, Archangelorum, Patriarcharum, Prophetarum, Apostolorum, Martyrum, Confessorum, Virginum atque omnium simul Sanctorum. ℟. Amen.

Deinde intincto pollice in Oleo sancto in modum crucis ungit infirmum in partibus hic subscriptis, aptando proprio loco verba formae in hunc modum:

Ad oculos clausos, dextrum et sinistrum:

Per istam sanctam unctionem † et suam piissimam misericordiam indulgeat tibi Dominus, quidquid per visum deliquisti. ℟. Amen.

Ad aures, dextram et sinistram:

Per istam sanctam unctionem † et suam piissimam misericordiam indulgeat † tibi Dominus, quidquid per auditum deliquisti. ℟. Amen.

Ad nares in medio prope labium:

Per istam sanctam unctionem † et suam piissimam misericordiam indulgeat tibi Dominus, quidquid per odoratum deliquisti. ℟. Amen.

Ad os compressis labiis:

Per istam sanctam unctionem † et suam piissimam misericordiam indulgeat tibi Dominus, quidquid per gustum et locutionem deliquisti. ℟. Amen.

Ad manus, dextram et sinistram, interius, apud sacerdotes exterius.:

Per istam sanctam unctionem † et suam piissimam misericordiam indulgeat † tibi Dominus, quidquid per tactum deliquisti. ℟. Amen.

Ad pedes in parte superiori, dextrum et sinistrum:

Per istam sanctam unctionem † et suam piissimam misericordiam indulgeat † tibi Dominus, quidquid per gressum deliquisti. ℟. Amen.

Ablutis digitis, globulisque sacro oleo delibatis in unum compactis (quod ad ecclesiam delatos comburit, cineresque in sacrarium mittit) genuflexus coram imagine crucifixi dicit:

Kyrie eleison. Christe eleison. Kyrie eleison.

Pater noster. *secreto.*

℣. Et ne nos inducas in tentationem.
℟. Sed libera nos a malo.
℣. Salvum (am) fac servum tuum (famulam tuam).
℟. Deus meus sperantem in te.
℣. Mitte ei auxilium de Sancto.
℟. Et de Sion tuere eum (eam).
℣. Esto ei turris fortitudinis.
℟. A facie inimici.
℣. Nihil proficiat inimicus in eo (ea).
℟. Et filius iniquitatis non apponat nocere ei.
℣. Domine exaudi orationem meam.
℟. Et clamor meus ad te veniat.
℣. (*Surgit sacerdos et stans dicit*) Dominus vobiscum. ℟. Et cum spiritu tuo.

Oremus.

Domine Deus, qui per Apostolum tuum Jacobum locutus es: „Infirmatur quis in vobis? inducat presbyteros ecclesiae, et orent super eum, ungentes eum oleo in nomine Domini, et oratio fidei salvabit infirmum, et alleviabit eum Dominus, et si in peccatis sit, remittentur ei": cura quaesumus, Redemtor noster, gratiâ s. Spiritus languores istius infirmi, ejusque sana vulnera, et dimitte peccata, atque dolores cunctos mentis et corporis ab eo expelle, plenamque

interius et exterius sanitatem misericorditer redde, ut ope misericordiae tuae restitutus, ad pristina reparetur officia. Qui cum Patre et Spiritu sancto vivis et regnas Deus in saecula saeculorum. ℟. Amen.

Oremus.

Respice quaesumus Domine, famulum (am) tuum (am) N. in infirmitate sui corporis fatiscentem, et animam refove, quam creasti, ut castigationibus emendatus (a), se tua sentiat medicina salvatum (am). Per Christum Dominum nostrum. ℟. Amen.

Oremus.

Domine sancte, Pater omnipotens, aeterne Deus, qui benedictionis tuae gratiam aegris infundendo corporibus, facturam tuam multiplici pietate custodis: ad invocationem tui nominis benignus assiste, ut famulum (am) tuum (am) ab aegritudine liberatum (am) et sanitate donatum (am) dexterâ tuâ erigas, virtute confirmes, potestate tuearis, atque ecclesiae tuae sanctae cum omni desiderata prosperitate restituas. Per Christum Dominum nostrum. ℟. Amen.

Denique aquâ benedicta sacerdos aspergat infirmum dicens:

Benedicat et custodiat te omnipotens Deus, Pater et Filius ✝ et Spiritus sanctus. Amen.

Gebet nach der hl. Oelung.*)

O gütigster Heiland, der du in unendlicher Liebe die Deinigen von der Geburt bis zum Grabe mit unaussprechlichen Gnadenschätzen überhäufest, ich danke dir von ganzem Herzen, daß du mir den Trost und die Stärke der hl. Oelung hast zu Theil werden lassen. Ich bitte dich jetzt demüthigst, du wollest mir deine hl. Gnade bewahren, mir alle Sünden und Sündenstrafen gnädigst nachlassen, alle Angst und Schwermuth von mir nehmen, mein Herz mit tröstlicher Hoffnung der ewigen Güter erfüllen und mit dem Feuer deiner hl. Liebe entzünden.

Die Salbung und Stärkung meiner Sinne durch das hl. Oel, das Gebet der hl. Kirche, und das meinen Gliedern aufgedrückte Zeichen des hl. Kreuzes laß mir, o liebster Jesus! gereichen zur Befestigung meines Glaubens, zur Ausdauer in meinen guten Vorsätzen bis an's Ende und zur unüberwindlichen Schutzwehr wider die Feinde

*) Fuldaer Krankenbuch.

meines Heils. Im Namen des Vaters ✝ und des Sohnes ✝ und des hl. Geistes ✝. Amen.

Zusprüche und Betrachtungen am Krankenbette.*)

Gott verhängt über uns Krankheiten nicht aus Haß, sondern aus Liebe.

1. Sie sollen ein Mittel sein, uns vom Bösen abzuhalten.

O du Lamm Gottes, welches du hinwegnimmst die Sünden der Welt; erhöre uns, o Jesu!
O du Lamm Gottes, welches du hinwegnimmst die Sünden der Welt; erbarme dich unser, o Jesu!

℣. O allerheiligstes Herz Jesu, erbarme dich unser.

℟. Auf daß wir würdig werden, dich aus ganzem Herzen zu lieben.

Gebet.

Allmächtiger, barmherziger Gott, Herr, himmlischer Vater! wir bitten dich, du wollest ansehen das liebreiche Herz deines Sohnes, an welchem du ein unendliches Wohlgefallen hast; und in Ansehung dieses dir liebsten Herzens verzeihe uns die vielfältigen Missethaten, die aus unsern Herzen entsprungen sind, und erlaß uns die verdienten Strafen unserer Bosheit durch die überhäufige Genugthuung dieses allerheiligsten Herzens. Entzünde unsere kalten Herzen mit dem heiligen Feuer der Liebe Jesu, damit wir dich, o Vater! mit deinem Sohne und dem heiligen Geiste als das höchste Gut aus ganzem Herzen lieben, der du lebest und regierest von Ewigkeit zu Ewigkeit. Amen.

Darauf werden drei Vater unser und Ave Maria für die lebenden und abgestorbenen Bruderschaftsmitglieder, besonders für die Gutthäter, gebetet.

Liebesseufzer zum heiligsten Herzen Jesus.

O barmherziger Jesus! erhöre mich.
Die Gnade deines Herzens bekehre mich.
Der Glanz deines Herzens erleuchte mich.
Der Schmerz deines Herzens zerknirsche mich.
Die Wunde deines Herzens durchdringe mich.
Das Blut deines Herzens versöhne mich.
Das Wasser deines Herzens reinige mich.
Das Verdienst deines Herzens heilige mich.
Das Kreuz deines Herzens stärke mich.
Die Dornenkrone deines Herzens schmücke mich.
Die Erbarmniß deines Herzens verschließe mich.
Der Geist deines Herzens belebe mich.
Die Gluth deines Herzens erwärme mich.
Die Flamme deines Herzens entzünde mich.
Die Liebe deines Herzens entzücke mich.
Die Würde deines Herzens erhebe mich.
Die Glorie deines Herzens verkläre mich.
Die Anschauung deines Herzens verwandle mich.
Die Freude deines Herzens beselige mich.
Der Besitz deines Herzens ersättige mich.

In deinem Herzen, o Jesus! lebe und sterbe ich.
Mein Herz dem deinen schenke ich, und liebe dich.
O süßes Herz! beglücke mich —
Hier zeitlich und dort ewiglich! Amen.

℣. Panem de coelo praestitisti eis Domine. (t. pasch.) Alleluja.

℟. Omne delectamentum in se habentem (t. pasch.) Alleluja.

℣. Haurietis aquas in gaudio. (t. pasch.) Alleluja.

℟. De fontibus Salvatoris (t. pasch.) Alleluja.

Oremus.

Deus, qui nobis sub sacramento mirabili passionis tuae memoriam reliquisti, tribue quaesumus, ita nos Corporis et Sanguinis tui sacra mysteria venerari, ut redemptionis tuae fructum in nobis jugiter sentiamus.

Concede, quaesumus, omnipotens Deus, ut qui in sanctissimo dilecti Filii tui Corde gloriantes praecipua in nos charitatis ejus beneficia recolimus, eorum pariter et actu delectemur et fructu.

Ecclesiae tuae, quaesumus Domine, preces placatus admitte, ut destructis adversitatibus et erroribus universis secura tibi serviat libertate.

Praetende Domine famulis tuis dexteram coelestis auxilii, ut te toto corde perquirant, et quae digne postulant, consequi mereantur. Per Christum Dominum nostrum. ℟. Amen.

Nun folgt die zeitgemäße marianische Antiphon.

Der heilige Segen. Defensor vide pag. 197. Genitori vide pag. 198.

Schlußlied.

9) Führ' uns einst zu unsern Brüdern * In des Himmels sel'ge Freud', * Wo wir All' in Jubelliedern * Preisen deine Gütigkeit. * O Herz Jesu 2c.

Andacht zum allerheiligsten und unbefleckten Herzen Marias.

Coram exp. ss. Sacramento. Eingang: „Tantum ergo." Der hl. Segen.

Lied.

1) Meerstern! ich dich grüße, * O Maria, hilf! * Gottes Mutter, süße! * O Maria, hilf! * Maria! hilf' uns All' * In diesem Jammerthal.

2) Ach! der Trübsal Wogen, * O Maria, hilf! * Sind herangezogen! * O Maria, hilf! * Maria! hilf uns 2c.

Lauretanische Litanei.

Herr, erbarme dich unser!
Christe, erbarme dich unser!
Herr, erbarme dich unser!
Christe, höre uns!
Christe, erhöre uns!
Gott Vater vom Himmel, erbarme dich unser!
Gott Sohn, Erlöser der Welt, erbarme dich unser!
Gott heiliger Geist, erbarme dich unser!
Heilige Dreifaltigkeit, ein einiger Gott, erbarme dich unser!
Heilige Maria, bitt' für uns!
Heilige Gottesgebärerin,
Heilige Jungfrau aller Jungfrauen,
Mutter Christi,
Mutter der göttlichen Gnaden,
Du allerreinste Mutter,
Du allerkeuscheste Mutter,
Du ungeschwächte Mutter,
Du unbefleckte Mutter,
Du liebliche Mutter,
Du wunderbarliche Mutter,
Du Mutter des Schöpfers,
Du Mutter des Erlösers,
Du allerweiseste Jungfrau,

Bitt' für uns!

Du ehrwürdige Jungfrau,
Du lobwürdige Jungfrau,
Du mächtige Jungfrau,
Du gnädige Jungfrau,
Du getreue Jungfrau,
Du Spiegel der Gerechtigkeit,
Du Sitz der Weisheit,
Du Ursache unseres Heils,
Du geistliches Gefäß,
Du ehrwürdiges Gefäß,
Du vortreffliches Gefäß der Andacht,
Du geistliche Rose,
Du Thurm Davids,
Du elfenbeinener Thurm,
Du goldenes Haus,
Du Arche des Bundes,
Du Pforte des Himmels,
Du Morgenstern,
Du Heil der Kranken,
Du Zuflucht der Sünder,
Du Trösterin der Betrübten,
Du Helferin der Christen,
Du Königin der Engel,
Du Königin der Patriarchen,
Du Königin der Propheten,
Du Königin der Apostel,

Bitt' für uns!

Du Königin der Martyrer, bitt' für uns!
Du Königin der Bekenner, bitt' für uns!
Du Königin der Jungfrauen, bitt' für uns!
Du Königin aller Heiligen, bitt' für uns!
Du Königin ohne Makel der Erbsünde empfangen, bitt' für uns!

O du Lamm Gottes, welches du hinwegnimmst die Sünden der Welt; verschone uns, o Herr!

O du Lamm Gottes, welches du hinwegnimmst die Sünden der Welt; erhöre uns, o Herr!

O du Lamm Gottes, welches du hinwegnimmst die Sünden der Welt; erbarme dich unser, o Herr!

Vater unser ꝛc. Gegrüßet ꝛc.

Unter deinen Schutz und Schirm fliehen wir, o heilige Gottesgebärerin! verschmähe nicht unser Gebet in unsern Nöthen, sondern erlöse uns jederzeit von allen Gefahren. O glorwürdige und gebenedeite Jungfrau! unsere Frau, unsere Mittlerin, unsere Fürsprecherin! versöhne uns mit deinem Sohne, empfehle uns deinem Sohne, stelle uns vor deinem Sohne!

Pr.: Bitt' für uns, o heilige Gottesgebärerin!
V.: Auf daß wir würdig werden der Verheißungen Christi!

Wir bitten dich, o Herr! du wollest deine Gnade in unsere Herzen ausgießen, damit wir, die wir durch die Botschaft des Engels die Menschwerdung Christi deines Sohnes erkannt haben, durch sein Leiden und Kreuz zur Herrlichkeit der Auferstehung geführt werden. Durch denselben Christum, unsern Herrn. Amen.

Pr.: Bitt' für uns, o seligster Joseph!

V.: Auf daß wir würdig werden der Verheißungen Christi.

Wir bitten dich, o Herr! daß uns durch die Verdienste des Bräutigams deiner heiligsten Gebärerin geholfen werde; damit, was unser Vermögen nicht erhalten kann, uns durch seine Fürbitte geschenkt werde. Der du lebest und regierest mit Gott dem Vater in Einigkeit des heiligen Geistes, Gott von Ewigkeit zu Ewigkeit. Amen.

3) Hilf in schweren Kriegen, * O Maria, hilf! * Hilf den Feind besiegen! * O Maria, hilf! * Maria! hilf uns ꝛc.

4) Wenn die Frucht der Erden, * O Maria, hilf! * Nicht will zeitig werden, * O Maria, hilf! * Maria! hilf uns ꝛc.

Ablaßgebet zum heiligsten Herzen Marias.

O Herz Marias! Mutter Gottes und unsere Mutter! Liebenswürdigstes Herz, Gegenstand des Wohlgefallens der anbetungswürdigen Dreieinigkeit! du bist würdig, von den Engeln und Menschen innigst verehrt und geliebt zu werden.

O Herz Marias! das du mit dem Herzen Jesu, dessen vollkommenstes Ebenbild du bist, die größte Aehnlichkeit hast, und mit dem höchsten Mitleiden auf unser Elend hinblickst, erweiche unsere harten Herzen und ziehe sie hin zu dem Herzen unsers göttlichen Erlösers. Erfülle sie mit der Liebe zu deinen Tugenden, entflamme sie von jener seligen Glut, von welcher du unaufhörlich entflammt warst. Bewahre die heilige Kirche und beschütze sie — sei stets ihre sichere Zufluchtsstätte und unüberwindliche Stärke wider alle Angriffe der Hölle. Sei unser Weg zu Jesus Christus, durch den wir alle Gnaden, die zu unserem Heile nothwendig sind, erlangen. Sei unsere Zuflucht in der Noth, unser Trost in unseren Trübsalen, unsere heilsamste Stärke in den Versuchungen, unsere Hilfe in allen Gefahren; vorzüglich aber steh' uns bei in dem letzten

Kampfe in der Stunde des Todes, in welcher die ganze Hölle Alles zum Verderben unserer Seelen anwenden wird; ja unterstütze uns in dem furchtbaren Augenblicke, der über unsere ganze Ewigkeit entscheidet. O liebevollste Jungfrau! laß uns dann die Huld deines mütterlichen Herzens und die Kraft deiner Fürsprache bei Jesus vorzüglich dadurch fühlen, daß du uns selbst in der Quelle der Erbarmung eine sichere Zuflucht öffnest, damit wir so in das Himmelreich eingehen und ihn mit dir in alle Ewigkeit loben mögen. Amen.

5) Wenn in Theuerungszeiten, * O Maria, hilf! * Harte Noth wir leiden, * O Maria, hilf! * Maria! hilf uns 2c.

6) Wenn die Krankheit eben, * O Maria, hilf! * Schwächet unser Leben, * O Maria, hilf! * Maria! hilf uns 2c.

Lobspruch.

Gelobt und gebenedeit seien stets und an allen Orten das göttliche Herz Jesu und das reinste Herz Marias. Amen.

Pr.: Laßt uns beten für die Bekehrung unserer irrgläubigen Brüder!

V.: Herr, erbarme dich ihrer und führe sie zurück in den Schooß deiner heiligen katholischen Kirche!

Gebet.

Allmächtiger, ewiger Gott, der du Allen deine Hilfe anbietest, und nicht willst, daß Jemand verloren gehe, sieh' gnädig auf die durch satanischen Trug verführten Seelen, damit sie allen strafbaren Irrthümern und jeglicher Verkehrtheit entsagen, ihr Herz bessern, und zur Gemeinschaft deiner einzig wahren und seligmachenden Kirche zurückkehren, durch unsern Herrn Jesum Christum deinen Sohn, welcher mit dir ꝛc. Amen.

Pr.: O Maria, ohne Sünd' empfangen!

V.: Du, unsere Zuflucht, bitte für uns! — 5 Ave.

Pr.: Laßt uns beten für die Bekehrung aller Sünder!

V.: Herr, erbarme dich ihrer, und laß sie zu wahrer Buße und einem glückseligen Tode gelangen!

O Gott, dem es eigen ist, sich allzeit zu erbarmen und zu verschonen; nimm an unser flehentliches Gebet, damit wir und alle deine Diener, welche in den Fesseln der Sünde liegen,

durch deine erbarmungsvolle Güte gnädig davon befreit werden, durch unsern Herrn Jesum Christum 2c. Amen.

Pr.: O Maria, ohne Sünd' empfangen!

V.: Du, unsere Zuflucht, bitt' für uns! — 5 Ave.

7) Wenn die böse Seuche, * O Maria, hilf! * Hinrafft Arm' und Reiche, * O Maria, hilf! * Maria! hilf uns 2c.

8) Wenn die Augen brechen, * O Maria, hilf! * Mund nicht mehr kann sprechen, * O Maria, hilf! * Maria! hilf uns 2c.

Gebet.

(Für die der Fürbitte Empfohlenen.)

Pr.: Laßt uns beten für die der Bitte besonders Empfohlenen.

Gebet des heiligen Bernardus,

welches als tägliches Bruderschaftsgebet sehr empfohlen ist.

Gedenke, o süße Jungfrau Maria! es sei noch nie erhört worden, daß einer von denen, die um deinen Schutz fleheten, deinen Beistand anriefen, und zu dir ihre Zuflucht nahmen, jemals

verlassen worden ist. Von dieser Hoffnung belebt, flehe ich zu dir, o Jungfrau der Jungfrauen, Königin der Engel und Mutter unseres Herrn Jesu Christi! Zu dir blicke ich auf, o Meeresstern! Weinend und seufzend werfe ich armer Sünder mich zu deinen Füßen. Verschmähe meine Bitte nicht, o Gebieterin der Welt und Mutter des ewigen Wortes! sondern neige dein Ohr und erhöre mein Flehen in diesem Thale der Thränen, jetzt und besonders in der Stunde meines Todes. O milde, o süße Jungfrau Maria!

Nach diesem Gebete ist von den Bruderschaftsmitgliedern zu beten:

Ein gegrüßet seist du, Maria ꝛc. und:
O Maria, ohne Sünd' empfangen!
Du, uns're Zuflucht, bitte für uns!

9) Wenn in letzten Zügen, *O Maria, hilf! *Wir verlassen liegen, *O Maria, hilf! *Maria! hilf uns ꝛc.

10) Wenn die Seel' muß scheiden, *O Maria, hilf! *Woll'st sie wohl begleiten, *O Maria, hilf! * Maria! hilf uns ꝛc.

Gebet.

(Für die Verstorbenen der Bruderschaft.)

Pr.: Laßt uns beten für uns're verstorbenen Brüder und Schwestern.

O Gott der Lebendigen und der Todten! Vater! der du deine Barmherzigkeit auch den Abgestorbenen noch gütigst zufließen lassest, und uns befahlst, sie noch jenseits des Grabes zu lieben, sieh'! wir werfen uns heute nach deinem Wunsche vor deinem Gnadenthrone nieder, um für alle Verstorbenen dieser Bruderschaft deine Barmherzigkeit anzuflehen. Ach, Vater der Barmherzigkeit! laß dich zum Besten der leidenden Mitglieder im Fegfeuer durch das theure Blut deines geliebten Sohnes und durch die Fürbitte seiner reinsten Mutter bewegen. Schenke ihnen die noch zu bezahlenden Schulden; lindere ihre Schmerzen; vergiß ihre Missethaten. Besonders bitten wir dich für jene Mitbrüder und Mitschwestern, die unseretwegen zu leiden haben, die wir zur Sünde gereizt, oder vom Bösen nicht abgehalten, oder die wir nicht nach Stand und Schuldigkeit zum Guten angehalten haben.

Maria! Mutter unsers Heilands und Mutter aller Mitglieder dieser unserer Bruderschaft, erhöre

gnädig unser schwaches Gebet für die im Fegfeuer leidenden Seelen, und opfere dem himmlischen Vater unsere Wünsche auf.

O heiligste Dreifaltigkeit, führe sie bald in das himmlische Paradies, nach welchem sie ein so sehnliches Verlangen haben. Amen.

Herr, gib ihnen die ewige Ruhe! — (5 Vater unser und Ave.)

Hierauf folget die zeitgemäße marianische Antiphon. Alsdann das Ave, der heilige Segen mit Defensor und Genitori.

Schlußlied.

11) Hilf uns All'n auf Erden, * O Maria, hilf! * Daß wir selig werden! * O Maria, hilf! * Maria! hilf uns rc.

Zum Eingang der ewigen Anbetung.

„*Pange lingua gloriosi*“ — *Processio.* (p. 190.)

℣. Panem de coelo praestitisti eis Domine.

℟. Omne delectamentum in se habentem.

℣. Emitte spiritum tuum, et creabuntur.

℟. Et renovabis faciem terrae.

Oremus.

Deus, qui nobis sub Sacramento mirabili Passionis tuae memoriam reliquisti, tribue quae-

sumus, ita nos corporis et sanguinis tui sacra mysteria venerari, ut redemptionis fructum in nobis jugiter sentiamus.

Deus, qui corda fidelium sancti Spiritus illustratione docuisti: da nobis in eodem spiritu recta sapere, et de ejus semper consolatione gaudere.

Actiones nostras, quaesumus Domine, aspirando praeveni, et adjuvando prosequere, ut cuncta nostra oratio et operatio a te semper incipiat et per te coepta finiatur. Per Christum Dominum nostrum. ℟. Amen.

Tantum ergo Sacramentum.

Genitori Genitoque.

Zum Ausgange der ewigen Anbetung.

„Pange lingua gloriosi" — *Processio.*

Te Deum laudamus. Vide pag. 188.

℣. Benedicamus Patrem et Filium cum sancto Spiritu.

℟. Laudemus et superexaltemus eum in saecula.

℣. Panem de coelo praestitisti eis Domine.

℟. Omne delectamentum in se habentem.

℣. Memento Congregationis tuae.
℟. Quam possedisti ab initio.

Oremus.

Omnipotens, sempiterne Deus, qui dedisti famulis tuis in confessione verae fidei aeternae Trinitatis gloriam agnoscere, et in potentia Majestatis adorare Unitatem, quaesumus, ut ejusdem fidei firmitate ab omnibus semper muniamur adversis.

Deus, qui nobis sub Sacramento mirabili passionis tuae memoriam reliquisti, tribue quaesumus, ita nos Corporis et Sanguinis tui sacra mysteria venerari, ut redemptionis tuae fructum in nobis jugiter sentiamus.

Defende, quaesumus Domine, Beata Maria semper Virgine intercedente, istam ab omni adversitate familiam, et toto corde tibi prostratam ab hostium propitius tuere clementer insidiis. Per Christum Dominum nostrum. Amen.

Defensor noster aspice.

Genitori Genitoque.

Ordo Processionis Parasceve ad ponendum corpus Domini in sepulchrum.

Peracta functione juxta Missale Romanum Celebrans in Paramentis (h: e: Stola et Pluviali vel Planeta, sed absque Manipulo) nigri coloris Sanctissimum ponat in Monstrantia, et deinde ter incensetur venerabile Sacramentum. Tum velo oblongo albi coloris super humeros assumpto accipit Monstrantiam et sine benedictione praevia proceditur ad sepulchrum, ubi in loco elevato exponitur Sanctissimum, eoque ter incensato, cantatur a sacerdote:

℣. In pace factus est locus ejus.
℟. Et in Sion habitatio ejus.

Oremus.

Respice quaesumus Domine, super hanc familiam tuam, pro qua Dominus noster Jesus Christus non dubitavit manibus tradi nocentium, et crucis subire tormentum.

Secreto: Qui tecum vivit . . . . . .

Facta Genuflexione Sacerdos revertitur in sacristiam, ad sepulchrum autem manent continuatim adoratores.

Hora vespertina ad libitum, aut quomodo usus sit, Sacerdos pluviali nigro indutus venit ad sepulchrum, ibique adorat; tunc incensat Sanctissimum, dataque sub silentio benedictione, reportat illud ad locum capellae, ubi reponitur.

NB. *In majoribus Ecclesiis ad processiones duas cantantur hymni ut infra:*

Pro Parasceve.

Ad processionem I.

Hymnus.

1. Pange lingua gloriosi * Lauream certaminis, * Et super Crucis trophaeo. * Dic triumphum nobilem * Qualiter Redemptor orbis, * Immolatus vicerit.

2. De parentis protoplasti, * Fraude Factor condolens, * Quando pomi noxialis * In necem morsu ruit; * Ipse lignum tunc notavit, * Damna ligni ut solveret.

3. Hoc opus nostrae salutis * Ordo depoposcerat. * Multiformis proditoris. * Ars ut artem falleret. * Et medelam ferret inde. * Hostis unde laeserat.

4. Quando venit ergo sacri. * Plenitudo temporis. * Missus est ab arce Patris. * Natus, orbis Conditor, * Atque ventre Virginali * Carne amictus prodiit.

5. Vagit infans inter arcta * Conditus praesepia. * Membra pannis involuta * Virgo Mater alligat, * Et Dei manus, pedesque * Stricta cingit fascia.

6. Sempiterna sit beatae * Trinitati gloria * Aequa Patri, Filioque * Par decus Paraclito * Unius Trinique nomen * Laudet universitas. Amen.

Ad processionem 2.

Hymnus.

1. Vexilla Regis prodeunt *Fulget crucis Mysterium, *Qua vita mortem pertulit, * Et morte vitam protulit.

2. Quae vulnerata lanceae * Mucrone diro, criminum, * Ut nos lavaret sordibus, * Manavit unda, et sanguine.

3. Impleta sunt, quae concinit *David fideli carmine *Dicendo nationibus: * Regnavit a ligno Deus.

4. Arbor decora et fulgida, *Ornata Regis purpura, *Electa digno stipite, *Tam sancta membra tangere.

5. Beata cujus brachiis, *Pretium pependit saeculi, *Statera facta corporis: *Tulitque praedam tartari.

6. O crux, ave spes unica! *Hoc passionis tempore *Piis adauge gratiam, *Reisque dele crimina.

7. Te fons salutis Trinitas! *Collaudet omnis spiritus: *Quibus Crucis victoriam *Largiris, adde praemium. Amen.

Ordo celebrandi commemorationem Resurrectionis Domini Nostri Jesu Christi.

Absoluto matutino Sacerdos post crepusculum indutus paramentis col. albi cum ministris, praecedente cruce, procedit ad sepulchrum aut ad capellam, ubi Sanctissimum repositum est, ibi incensat, et cum Venerabili Sacramento vertens se ad populum cantat ter altiori semper tono:

℣. Surrexit Dominus vere, Alleluja, Alleluja.

℟. Qui pro nobis pependit in ligno, Alleluja, Alleluja.

Dein data benedictione et cantante choro hymnum, „Aurora coelum purpurat“ proceditur ad altare summum, ubi Sanctissimum et totum Altare incensatur. Postea:

℣. In resurrectione tua, Christe! Alleluja.

℟. Coeli et terra laetentur. Alleluja.

Oremus.

Deus, qui hanc sacratissimam noctem gloria Dominicae Resurrectionis illustras, conserva in nova familiae tuae progenie adoptionis spiritum, quem dedisti; ut corpore et mente renovati, puram tibi exhibeant servitutem.

Gregem tuum, Pastor bone! placatus intende, et oves, quas pretioso Sanguine redemisti, diabolica non sinas incursione lacerari, qui cum Deo Patre in unitate Spiritus sancti vivis et regnas Deus, per omnia saecula saeculorum. ℟. Amen.

Sequitur: „Te Deum laudamus“, pag. 188, cum ℣. ℣. et Orationibus consuetis, datur sub silentio benedictio, et reciuditur Venerabile.

Preces pro Festo Gratiarum actionis in Mense Novembri.

Celebrata Missa in gratiarum actionem exposito Sanctissimo intonatur a sacerdote:

Te Deum laudamus ut pag. 188.

℣. Benedicamus Patrem et Filium cum sancto Spiritu.

℟. Laudemus et superexaltemus eum in saecula.

℣. Panem de coelo praestitisti eis Domine.

℟. Omne delectamentum in se habentem.

℣. Fiat pax in virtute tua.

℟. Et abundantia in turribus tuis.

Oremus.

Omnipotens sempiterne Deus, qui dedisti famulis tuis in confessione verae fidei aeternae Trinitatis gloriam agnoscere, et in potentia Majestatis adorare unitatem, quaesumus, ut ejus fidei firmitate ab omnibus semper muniamur adversis.

Deus, qui nobis sub Sacramento mirabili passionis tuae memoriam reliquisti, tribue quaesumus, ita nos Corporis et Sanguinis tui sacra mysteria venerari, ut redemptionis tuae fructum in nobis jugiter sentiamus.

Deus, cujus misericordiae non est numerus, et bonitatis infinitus est thesaurus, piissimae Majestati tuae pro collatis donis gratias agimus, tuam semper clementiam exorantes, ut, qui petentibus postulata concedis, eosdem non deserens, ad praemia futura disponas.

Deus, cui proprium est, misereri semper et parcere, suscipe deprecationem nostram, ut nos et omnes famulos tuos, quos delictorum catena constringit, miseratio tuae pietatis clementer absolvat. Per Christum Dominum nostrum. Amen.

„Defensor noster aspice".

Genitori Genitoque.

Preces pro aliis solemnibus gratiarum actionibus.

Si qua alia solemnis gratiarum actio sit exhibenda, ex. gr. pro Rege etc. celebretur ad normam specialiter ordinatam. Hymno „Te Deum" addatur conveniens Oratio cum versu et responsorio correspondente, et si Sanctissimum expositum non sit, omittatur Oratio de Sanctissimo cum ℣. correspondente. Orationes propriae cum ℣. ℟. hic sequuntur:

Pro summo Pontifice:

℣. Salvum fac famulum tuum N. Pontificem nostrum Domine.
℟. Deus meus sperantem in te.
℣. Mitte ei auxilium de Sancto.
℟. Et de Sion tuere eum.
℣. Nihil proficiat inimicus in eo.
℟. Et filius iniquitatis non apponat nocere ei.
℣. Domine exaudi orationem meam.
℟. Et clamor meus ad te veniat.
℣. Dominus vobiscum. ℟. Et cum spiritu tuo.

Oremus.

Deus omnium fidelium Pastor et Rector, famulum tuum N., quem Pastorem Ecclesiae tuae praeesse voluisti, propitius respice, da ei, quaesumus, verbo et exemplo proficere, ut ad vitam una cum grege sibi credito perveniat sempiternam.

Pro Episcopo:

℣. Salvum fac famulum tuum N. Antistitem nostrum Domine.
℟. Deus meus sperantem in te.

Cetera ut supra.

Oremus.

Rege quaesumus omnipotens et misericors Deus famulum tuum N. Antistitem nostrum cum omni familia sua, et intercedentibus beatissima Virgine Maria genetrice Filii tui Domini nostri Jesu Christi sanctoque Chiliano et sociis ejus cum omnibus Sanctis tuis gratiae tuae dona multiplica, ut ab omnibus liber offensis et temporalibus non destituatur auxiliis, et sempiternis gaudeat institutis.

Pro Rege:

℣. Salvum fac famulum tuum N. Regem nostrum Domine.

℣. *et Cetera ut supra.*

Oremus.

Quaesumus omnipotens Deus, ut famulus tuus N. Rex et Princeps noster, qui tua miseratione suscepit regiminis gubernacula, virtutum etiam omnium percipiat incrementa et praemia. Per Christum Dominum nostrum.

℟. Amen.

In Primitiis *).

A Celebrante in infimo Altaris gradu flexis genibus intonatur hymnus:

1. Veni creator Spiritus, * Mentes tuorum visita, * Imple superna gratia, * Quae tu creasti pectora.

2. Qui diceris Paraclitus * Altissimi donum Dei * Fons vivus, ignis, Charitas * Et spiritalis unctio.

3. Tu septiformis munere, * Digitus Paternae dexterae, * Tu rite promissum Patris, Sermone ditans guttura.

4. Accende lumen sensibus * Infunde amorem cordibus, * Infirma nostri corporis, * Virtute firmans perpeti.

5. Hostem repellas longius, * Pacemque dones protinus: * Ductore sic te praevio * Vitemus omne noxium.

---

*) *Patrinus ante Missam, si est in die Dominica nec populum aqua bened. debet aspergere, nec celebrantem loco Diaconi incensare, nec cum patena ministrare fidelibus ad s. communionem. S. R. C. 11. Mart. 1837.*

6. Per te sciamus, da, Patrem, * Noscamus atque Filium: * Teque utriusque Spiritum * Credamus omni tempore.

7. Deo Patri sit gloria, * Et Filio, qui a mortuis * Surrexit, ac Paraclito, * In sempiterna saecula. ℟. Amen.

℣. Emitte Spiritum tuum et creabuntur. *T. P. Alleluja.*

℟. Et renovabis faciem terrae.

Oremus.

Deus, qui corda fidelium sancti Spiritus illustratione docuisti: da nobis in eodem Spiritu recta sapere, et de ejus semper consolatione gaudere. Per Christum Dominum nostrum. ℟. Amen.

Summaria liturgica de Sacrificio Missae.

A. Requisita ad sanctam Missam, quoad locum et materiam.

1. Altare ab Episcopo consecratum inviolatum sive Altare portatile illaesum.

2. Crucifixus majori forma in medio Altaris cum duobus candelis ex cera.

3. Mappa Altaris triplex ex lino vel cannabe confecta et benedicta.

4. Vestes sacrae seu ab Episcopo benedictae. Paramenta non debent esse lacera, aut scissa sed integra et decenter munda, ac pulchra.

5. Calix et patena consecrata (ex auro vel argento.)

6. Corporale lineum vel ex cannabe benedictum.

7. Palla linea benedicta.

8. Purificatorium lineum.

9. Missale cum Pulvillo.

10. Bursa, velum, manutergium, urceoli.

11. Minister masculus.

12. Panis triticeus et azimus.

13. Vinum de vite.

14. Aqua in minima parte.

15. Campanella.

B. Requisita ad s. Missam quoad Celebrantem.

1. Ut sacerdos sit jejunus a media nocte.

2. Immunis ab irregularitate et censuris nec non in statu peccati mortalis.

3. Intentio in Celebrante sit virtualis sive voluntas offerendi sacrificium et saltem faciendi, quod facit Ecclesia.

4. Hora celebrandi Missam est ante auroram usque ad horam post meridiem.

5. Stipendium Missae accipere licet non quidem pretium sacrificii, sed tantum ad Sacerdotis sustentationem.

6. Sacerdos accipiens plura stipendia pro Missis persolvendis non potest pro futuro accipere alia, nisi applicaverat de praeterito jam accepta, et in brevi tempore sub uno mense persolvere tenetur.

7. Nullus sacerdos pro una Missa plura stipendia persolvere debet, ac si stipendium traderet alteri, sine parte retenta totum stipendium extradere obligatur.

8. Quod si quis stipendia colligat pro Missis celebrandis in illis locis, ubi dari solet majus stipendium et eas celebrari curet minori stipendio, reliquum sibi retinendo; si est laicus incurrit excommunicationem, et si clericus est, suspensionem Papae reservatam, etiamsi celebrans pro minori stipendio in eo consenserit. Benedict XIV, 30. Juni 1741.

9. S. Congr. Concil. perhibuit sacerdotibus, ne onera perpetua suscipiant Missarum celebrandarum, saeculares quidem sine Episcopi vel Generalis Vic., Regulares vero sine Generalis vel Provincialis licentia in scriptis, sub poena contra primos interdicti eo ipso ab ingressu Ecclesiae, contra secundos privationis omnium Officiorum ac perpetuae inhabilitatis ad illa, vocis activae et passivae absque alia declaratione incurrenda.

10. Celebrans obligatur sub gravi paccato sine abruptione usque ad finem complere Missam, et deficiente sacerdote post Canonem vel consecrationem in casu necessitatis alter sacerdos inceptam Missam complere debet.

11. Omnes Missalis Rubricae obligant sub peccato gravi, nisi levitas materiae excuset.

12. Intentio applicantis fieri debet ante Missam vel Offertorium et quidem in personam determinatam ejus, qui stipendium vel fundationem Missae collocavit.

13. Fructus specialissimus ex quaque Missa applicata pertinet ad ipsum Sacerdotem.

14. Parochi in omnibus Dominicis et Festis tenentur pro populo Missam applicare, etiam Festis 9. Aprilis 1802 suppressis, nisi dispensati sunt v. g. ob paucos redditus parochiae.

15. Ex pia Ecclesiae consuetudine omnis sacerdos quotidie semel Missam celebrare potest; sed ab Ecclesia sub poena vetitum est binare nisi obtenta facultate singulari, (extra solemnitatem Natalis Domini, ubi ter celebrare in more est,) ne jejunus etiam Missam celebraret duplicem. Et si ex justa causa conceditur binare, sacerdos tantum modo pro una Missa stipendium accipere potest et parochus binam Missam celebrans propter duplicem paroeciam, cui praeest, utramque Missam pro utriusque parociae populo applicare tenetur.

16. Episcopus Missas ad minorem numerum reducere non potest, nisi illi vel in fundatione beneficii vel ex speciali indulto Papae concessum fuerit. In reductione tamen Missarum semper facienda est commemoratio eorum, pro quibus Missae celebrandae erant. Reductionis causae sunt: Sacerdotum paucitas, stipendii tenuitas, vel augmentum stipendii currentis, extenuatio redituum monasterii, vel majores expensae necessariae ad victum.

17. Is, qui quoad locum, tempus, intentionem, qualitatem Missae, non satisfacit, sine justa causa, voluntati fundatoris, peccat et quidem graviter, si saepe faciat, etsi consen-

tiunt heredes, cum in hoc voluntati testatoris non possint derogare. Episcopus tamen potest in hoc dispensare ex causa.

18. Si Sacerdos celebrat in alia ecclesia vel altari, vel hora, quam a fundatore est constitutum, peccat mortaliter. (S. Alph. de Ligorio.)

19. Qui stipendium pro sacro accepit, tenetur dicere Missam pro defunctis, vel votivam vel in hoc aut isto altari, prout pecuniam offerens, petivit; (quantum tamen Rubricae permittunt, quibus neglectis, Ecclesiae ordinem invertere, ob alterius devotionem non convenit;) quia ob ejus devotionem et speciales orationes, major fructus pervenire solet.

20. In Missis privatis, quae durante expositione ss. Sacramenti celebrantur, non pulsatur campanula ad Elevationem etc. sed tantum in egressu Celebrantis a Sacristia, datur tenue signum cum solita campanula.

21. Quando in dispensatione nuptiae celebrantur temporibus vetitis non potest dici Missa pro Sponso et Sponsa, nec fieri commemoratio ex eodem Missa, neque his temporibus fieri potest benedictio in Missa post or. Dominicam (Pater noster et Ite missa est) neque tempore

prohibito elapso, orationes illae in vel extra Missam resumendae.

22. Ubi nuptiae non benedicuntur cum Missa, potest nuptiarum benedictio in Missali praescripta extra Missam impertiri, neque Sponsi adigi possunt ad recipiendam benedictionem intra Missarum solemnia. In diebus Dominicis aliis Festis de praecepto ac dupl. 1. et 2. cl. dicitur Missa de Festo cum commemoratione Missae pro Sponso et Sponsa. Si mulier est vidua, non solum debet omitti benedictio nuptiaram, sed etiam Missa propria pro Sponso et Sponsa.

23. Missa Nuptiarum, uti votiva privata semper legenda est sine Gloria, Credo, Ite missa est, cum ℣. Benedicamus Domino, in fine et Ev. s. Joannis, et cum 2. et 3. or. diei currentis in semiduplicibus. Quum vero in Officio diei nulla adsit commemoratio facienda e. g. or. imperata nec de aliqua Octava neque de Sancto simplici, 3 tio loco oratio tunc ex Rubricis Missalis est dicenda, ut infra:

a) Ab Octava Epiph. usque ad Purif. et si occurrat die Octava festorum Domini vel Sanctorum post Oct. Epiph. usque ad Purific.: „*Deus qui Salutis.*"

b) A Purific. usque ad diem Cinerum: „*A cunctis.*“

c) Ab Octav. Pasch. usque ad Pentec. et in die Octavo festorum Domini et Sanctorum: „*Concede* (de B. M. V.)“

d) Ab Oct. Pentec. usque ad Advent: „*A cunctis.*“

e) In B. M. V. Sacris diebus: „*Deus, qui corda fidelium.*“

24. Exposito sanctissimo Sacramento, conveniens esset, ut ob reverentiam tanti Sacramenti, omnes praesentes starent semper, capite detecto, et nunquam sederent. Quod si ob longitudinem officii praestare non poterunt, non omittant saltem in signum reverentiae detecto capite, existente ss. Sacramento super Altare, divinis officiis assistere.

25. Quando ss. Sacramentum est expositum omnes cujuscumque conditionis et ordinis, ante illud transeuntes, aut ab eodem recedentes, utroque genu flectere debent, etiamsi tantum in Pyxide fuerit expositum.

26. Quando cantatur hym. „Te Deum“ coram ss. Sacramento exposito e. g. in gratiarum actione, Clerus tam ad Altare quam in

choro debet stare et tantum genuflectere ad versum: „Te ergo quaesusmu“ etc.

27. Maxime curandum est, non tantum, ne ss. Sacramentum expositum solum relinquatur, sed ut cum debita adorantium frequentia honoretur.

28. Si ss. Sacramentum expositum sit in Vesperis, non licet post thurificatum Altare majus ad Magnificat, thurificare aliud Altare. S. R. C. 4. Aug. 1708.

NB. *Ex bulla s. Pii V. „Mandantes et omnibus districte praecipientes in virtute sanctae obedientiae, ut missam juxta ritum modum et normam in Missali praescriptam, decantent ac legant etc. . . . Neque in missae celebratione alias caeremonias, vel preces addere vel recitare praesumunt.*

De Missa in Ecclesia aliena.

1. Celebrans in aliena Ecclesia se conformare debet non tantum colori, sed et directorio illius Ecclesiae, celebrando Missam, quae ibidem praescribitur cum Gloria, Credo, Praefatio et iisdem orationibus, ut in eodem directorio annotatur et de suo tantum commemorationem facere potest, si officium Ecclesiae includat

pluralitatem orationum, ut est Offic. Dominicae. S. R. C. 18. Apr. 1834.

2. Sacerdotes exteri sive saeculares, sive regulares, sese conformare debent Ecclesiae, in qua celebrant, quando ibi festum celebratur cum solemnitate et concursu populi; aut in illa Ecclesia celebratur festum duplex aut aequivalens, quod excludit votivas, et color officii Ecclesiae sit diversus a colore officii celebrantis.

3. Si autem in Ecclesia, in qua celebratur, non peragatur festum cum solemnitate et concursu et officium Ecclesiae atque celebrantis sit ejusdem coloris; sacerdos exterus suam Missam, nunquam officium Ecclesiae sed suo, quod recitavit, confomare debet, sive officium Ecclesiae et Celebrantis sit aequalis sive inaequalis ritus.

4. Si sacerdos habens officium semiduplex aut inferioris ritus, quod admittit votivas, celebrans in Ecclesia, in qua fit de duplici sub alio colore, licet sine solemnitate et concursu: non tamen potest legere votivam, quamvis in colore officii Ecclesiae, quia officium Ecclesiae, cui se conformare debet, prohibet Missam votivam. Et similiter habens duplex, et cele-

brans, ubi fit de semiduplice, aut aequivalente, etiam non potest dicere votivam.

De conficiendo et renovando sanctissimo Sacramento.

1. Si in Missa consecrandae sint hostiae minores et paucae sint, uti sex aut octo, Sacerdos eas ponit super Patenam, sed subtus hostiam majorem. Si vero plures consecrandae sint, ponuntur super Corporale ante calicem, ita ut post Offertorium inter calicem et hostiam majorem jaceant, vel poni possunt ad latus hostiae majoris versus cornu Evangelii. Si hostiae consecrandae sint in calice vel Pyxide, eas sacerdos in sufficienti numero pro populi multitudine jam ante Missam in Pyxide reponit et ad Altare defert, ubi eas super Corporale a latere calicis vel hostiae vel retro calicem collocat.

2. Hostia consecranda pro Ostensorio ponitur super Patenam et post oblationem inter calicem et hostiam sacrificii, et defectu spatii juxta hostiam a latere Evangelii, sed etiam in Lunula super corporale posita consecrari potest, maximo si in ea difficile aptari possit. Quo-

ties enim s. hostia in Ostensorio renovatur, toties Lunula, cui imponitur, indice dextro purificari debet, ne sacrae Particulae forte adhaerentes, deperdantur aut corrumpantur: quapropter convenit, ut Lunula ita sit confecta, ut aperiri queat.

3. Ad Offertorium hostiae consecrandae pro populi communione, si ponuntur super Patenam, Sacerdos cum Patena elevat et offert; et facto signo crucis cum Patena, dextra deponit prius hostiam majorem in locum consuetum, et tunc deprimens partem posteriorem Patenae, hostias minores demittit in Corporale inter hostiam majorem et calicem, vel si Altare non satis latum sit, ad latus majoris hostiae versus cornu Evangelii. Si vero hostiae consecrandae ponuntur super corporale vel in alio calice aut pyxide, non sunt elevandae in oblatione, sed tantum sacerdos suam intentionem ad illas offerendas et consecrandas actualiter vel virtualiter dirigere debet: pyxidem autem vel calicem, antequam patenam accipit, dextra discooperire debet, et oblatione facta, iterum cooperire, antequam e medio Altaris discedit.

4. Si hostiae minores ponantur super Corporale in eodem loco consecrandae et relin-

quendae sunt usque ad communionem, si in pyxide retro post calicem ponantur, et pyxis obsit lectioni verborum consecrationis, pyxis ad unum aut alterum latus, non autem extra Lapidem consecratum removeri potest; sin autem neque calix neque pyxis lectionem impediat, retro post calicem tempore consecrationis manere potest et debet, ut in Rubricis Missalis praescribitur.

5. Si hostiae in pyxide clausa aut tecta contineantur, hanc ante extersionem digitorum antequam sacerdos hostiam consecrandam accipit, discooperit, et post elevationem hostiae et factam genuflexionem cooperire debet.

6. Sumpto sanguine ante purificationem, pyxis si ad communicandum nemo venerit in tabernaculo recluditur, facta genuflexione tam ante apertionem tabernaculi, quam post collocationem pyxidis eo factam, antequam illud occluditur. Si in Missa solemni facienda sit consecratio hostiarum, dicto Offertorio deportatur per Subdiaconum sive Ceremoniarium pyxis cum hostiis consecrandis albo linteolo vel serico velo tecta ad Altare. Mox a Diacono reponitur super Corporale a tergo calicis et cum celebrans dicturus est: Suscipe sancte

Pater, ea detegitur, post oblationem hostiae vero statim cooperitur. Ac iterum cum Celebrans prolaturus est verba consecrationis, illam discooperit, et post elevationem hostiae tegit, ut supra.

7. Renovatio ss. sacramenti frequenter fieri debet, singulis octiduis juxta decretum S. R. C. 3. Sept. 1672, et qui ultra mensem eam differunt, non videntur esse immunes a periculo gravis irreverentiae erga tantum Sacramentum, maxime quando Ecclesia est humida.

8. Eodem ratione hostiae consecrandae recentes esse debent noviter confectae, et a tribus mensibus tempore hiemis, vel a sex mensibus in aestate confectae licite consecrari non possunt pro sacrificio Missae et communione fidelium. Hostiae novae consecratae nunquam cum veteribus miscendae sunt, sed in alia pyxide vel vase sunt consecrandae, vel in defectu duplicis pyxidis veteres communicantibus primo distribuendae, vel a secerdote in Missa sumendae sunt.

9. Celebrans s. Eucharistiam renovaturus, sumpto corpore et sanguine Domini, priusquam dicat: „Quod ore sumpsimus Domine“ ac purificationem sumat, ostiolum Tabernaculi aperit,

et genuflectit: pyxidem extrahens, super corporale, in medio locat, et reverenter hostiam majorem et particulas absumit, pyxidem bene mundat et tergit fundens in eam paululum vini et intra pyxidem undequaque circumactum, in calicem effundit, atque ex eo simul et pro purificatione calicis sumit. Inde majorem hostiam renovatam in Ostensorio vel Pyxide ponit et in altera pyxide particulas recenter consecratas, postea utramque pyxidem claudit et facta genuflexione in Tabernaculo, recondit, tandem repetita genuflexione ostiolum obserat; Missamque de more prosequitur.

NB. Dum saepe hostiae venditae sint in publico, quae non ex pura farina triticea, immo jam duobus ad hinc annis confectae erant, optandum est, ut hostiae pro s. Missa et Communione fidelium conficiantur a Religiosis vel a probis quidem hominibus, specialique Ordinarii privilegio gaudentibus.

De modo dandi benedictionem cum ss. Sacramento.

Celebrans accipit super humeros velum oblongum, accedit ad altare, flectit utrumque genu cum profunda capitis inclinatione: surgit,

vertit ostensorium, ut facies hostiae populum respiciat; et velatis manibus illud accipiens, convertit se ad populum per latus Epistolae, et benedicit hoc ritu: Cum stat ante populum, ambabus manibus ostensorium elevatum tenet ante pectus, ita ut habeat in sinistra nodum, in dextera pedem. Tum elevat illud decenti mora usque ad oculos; et eodem modo demittit infra pectus; mox iterum recta attollit usque ad pectus, et deinde ad sinistrum humerum ducit, reducit ad dextrum; et rursus ante pectus reducit ibique sistit aliquantulum. Sic perficitur integra crux constans quatuor brachiis duplicatis, ut consideranti patebit: tandem gyrum perficiens reverenter reponit super altare. Dum benedicit, nil dicit, nec quidquam cantatur; sed ad summum organa pulsantur sono gravi et suavi.

Interrogata, quando sit danda benedictio cum ss. Sacramento, an in fine hym. „Pange ling.“ an quando pervenitur ad versiculum hymni „Sit et benedictio“ S. R. C. respondit: „in fine hymni.“ 23. Mart. 1835.

1. De asservatione ss. Eucharistiae.*)

1. Parochus curare debet, ut perpetuo aliquot particulae consecratae eo numero qui usui infirmorum et aliorum fidelium communione satis esse possit, conserventur in pyxide ex solida decentique materia, eaque munda et suo operculo bene clausa, albo velo cooperta, et quantum res feret, ornato in tabernaculo clave obserato. Parocho privative competit jus retinendi clavem tabernaculi, in quo reconditur ss. Sacramentum S. R. C. 14. Nov. 1693.

2. Hoc autem tabernaculum conopeo decenter opertum, atque ab omni alia re vacuum, in Altari majori, vel in alio, quod venerationi et cultui tanti Sacramenti commodius ac decentius videatur, sit collocatum; ita ut nullum aliis sacris functionibus, aut ecclesiasticis officiis impedimentum afferatur. Lampades coram eo plures, vel saltem una, die noctuque perpetuo colluceat; curabitque parochus, ut omnia ad ipsius Sacramenti cultum ordinata, integra mundaque sint, et conserventur.

---

*) Ex Rituali Rom.

3. Sanctissimae Eucharistiae particulas frequenter renovabit. Hostiae vero, seu particulae consecrandae sint recentes, et ubi eas consecraverit, veteres primo distribuit vel sumat.

* In renovatione, quae quolibet octavo die fieri debet de augustissimo Eucharistiae Sacramento, consumi debet tum Hostia, tum particulae, quae existunt in tabernaculo, post sumptionem s. Sanguinis ante purificationem. S. R. C. 3. Sept. 1672.

4. Fideles omnes ad s. communionem admittendi sunt, exceptis iis, qui justa ratione prohibentur. Arcendi autem sunt publice indigni, quales sunt excommunicati, interdicti, manifesteque infames; ut meretrices, concubinarii, foeneratores, magi, sortilegi, blasphemi, et alii ejus generis publici peccatores, nisi de eorum poenitentia et emendatione constet, et scandalo prius satisfecerint.

5. Occultos vero peccatores, si occulto petant, et non eos emendatos agnoverit, parochus repellat; non autem si publice petant, et sine scandalo ipsos praeterire nequeat.

6. Amentibus praeterea seu phreneticis communicare non licet; licebit tamen, si quando habeant lucida intervalla, et devotionem osten-

dant, dum in eo statu manent; si nullum indignitatis periculum adsit. Iis etiam, qui propter aetatis imbecillitatem nondum hujus sacramenti cognitionem et gustum habent, administrari non debet.

7. Datur s. Eucharistia moribundis per modum viatici tunc, quando probabile est, illam esse ultimam. In dubio, an infirmus rejecturus sit sacras species, non est danda communio. Si infirmus rejiciat sacras species, aquae immittendae sunt in vase, donec dissolvantur, et ita corruptae comburantur et cineres in sacrarium mittantur. Moribundi pueri, sufficienti ratione praediti, ut instrui possint de ss. sacramento, a parocho viaticum accipere possunt.

8. In omnibus Missis solemnibus, seu quae cantantur coram ss. Sacramento in altari exposito, debet fieri commemoratio de eodem ss. Sacramento post omnes alias orationes de praecepto, et in festis 1. et 2. classis eodem commemoratio facienda est sub una conclusione. Quando vero Missa cantatur coram ssmo in festis 1. cl. occurrentibus in Dominica, com. ss. Sacramenti conjungenda est commemorationi Dominicae; idem valet, si post orationem diei

alia commemoratio fieri debeat; porro in Missa solemni, in qua sonsecratur hostia, mox publice in ostensorio ad orationi exponenda; omittenda autem est in festo ss. Cordis Jesu. S. R. C. 25. Maji 1819. 6. Sept. 1834.

9. In conclusione orationum hic modus servatur: 1) Si oratio dirigatur ad Patrem et in ea nulla fit mentio Filii, sic concluditur: *Per Dominum nostrum Jesum Christum, filium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitate Spiritus sancti Deus per omnia saecula saeculorum.* 2) Si in principio aut medio orationis mentio fiat Filii, sic concluditur: *Per eumdem Dominum nostrum etc.* 3) Si in fine: *Qui tecum vivit et regnat etc.* 4) Si oratio dirigatur ad Filium et in ea non fiat mentio Patris: *Qui vivis et regnas cum Deo Patre in unitate etc.* 5) Si autem fiat mentio Patris, concluditur: *Qui vivis et regnas cum eodem Deo Patre etc.* 6) Si facta fuerit mentio Spiritus sancti, in conclusione dicitur: *in unitate ejusdem Spiritus sancti etc.*

10. Extra Missam et horas canonicas orr. concludendae sunt brevi: si nempe or. dirigatur ad Patrem: „*Per Christum Dominum nostrum.*" Si fiat mentio Filii: *Per eumdem Christum*

Dominum nostrum; si dirigatur ad Filium: *Qui vivis et regnas per omnia* saecula saeculorum.

Ad ℣. „divinum auxilium“ in fine celebrans non signat se signo crucis, sed manet junctis manibus.

A. Benedictiones ab Episcopis, vel aliis facultatem habentibus, faciendae.

1) Benedictio sacerdotalium indumentorum in genere.

℣. Adjutorium nostrum in nomine Domini.
℟. Dominus vobiscum.

Oremus.

Omnipotens sempiterne Deus, qui per Moysen famulum tuum Pontificalia et Sacerdotalia seu Levitica vestimenta ad explendum in conspectu tuo ministerium eorum, ad honorem et decorem nominis tui fieri decrevisti: adesto propitius invocationibus nostris: et haec indumenta Sacerdotalia, desuper irrigante gratia tua, ingenti benedictione per nostrae humilitatis

servitium puri†ficare, bene†dicere, et con†secrare digneris: ut divinis cultibus et sacris mysteriis apta et benedicta existant: his quoque sacris vestibus Pontifices et Sacerdotes seu Levitae tui induti, ab omnibus impulsionibus, seu tentationibus malignorum spirituum muniti et defensi esse mereantur: tuisque mysteriis apte et condigne servire et inhaerere, atque in his tibi placite et devote perseverare tribue. Per Christum Dominum nostrum. ℞. Amen.

Oremus.

Deus, invictae virtutis triumphator, et omnium rerum creator ac sanctificator: intende propitius preces nostras: et haec indumenta Leviticae, Sacerdotalis et Pontificalis gloriae, ministris tuis fruenda, tuo ore proprio bene†dicere, sancti†ficare, et conse†crare digneris: omnesque eis utentes, tuis mysteriis aptos, et tibi in eis devote ac laudabiliter servientes, gratos efficere digneris. Per Dominum nostrum Jesum Christum.

Oremus.

Domine Deus omnipotens, qui vestimenta Pontificibus, Sacerdotibus et Levitis in usum tabernaculi foederis necessaria, Moysen famulum

tuum facere jussisti eumque Spiritu sapientiae ad id peragendum replevisti: haec vestimenta in usum et cultum mysterii tui bene†dicere, sancti†ficare, et conse†crare digneris, atque ministros altaris tui, qui ea induerint, septiformis Spiritus gratia dignanter repleri, atque castitatis stola, beata facias cum bonorum fructu operum ministerii congruentis immortalitate vestiri. Per Christum Dominum nostrum. ℟. Amen.

Deinde aspergit ipsa indumenta aqua benedicta.

2) Benedictio mapparum, sive linteaminum altaris.

℣. Adjutorium nostrum in nomine Domini.
℣. Dominus vobiscum.

Oremus.

Exaudi Domine preces nostras, et haec linteamina sacri altaris usui praeparata bene†dicere, et sancti†ficare digneris. Per Christum Dominum nostrum. ℟. Amen.

Oremus.

Domine Deus omnipotens, qui Moysen famulum tuum, ornamenta et linteamina facere

per quadraginta dies docuisti, quae etiam Maria texuit, et fecit in usum ministerii tabernaculi foederis: bene†dicere, sancti†ficare, et conse†crare digneris haec linteamina ad tegendum involvendumque altare gloriosissimi Filii tui Domini nostri Jesu Christi: Qui tecum vivit et regnat in unitate Spiritus sancti Deus, per omnia saecula saeculorum. ℟. Amen.

Deinde aspergit ea aqua benedicta.

3) Benedictio Corporalium.

℣. Adjutorium nostrum in nomine Domini.
℣. Dominus vobiscum.

Oremus.

Clementissime Domine, cujus inenarrabilis est virtus, cujus mysteria arcanis mirabilibus celebrantur: tribue, quaesumus, ut hoc linteamen tuae propitiationis bene†dictione sanctificetur ad consecrandum super illud Corpus et Sanguinem Dei et Domini nostri Jesu Christi, Filii tui: Qui tecum vivit et regnat in unitate Spiritus sancti Deus, per omnia saecula saeculorum. ℟. Amen.

Oremus.

Omnipotens, sempiterne Deus, bene†dicere, sancti†ficare, et conse†crare digneris linteamen istud ad tegendum involvendumque corpus et sanguinem Domini nostri Jesu Christi, Filii tui: Qui tecum vivit et regnat, etc. ℟. Amen.

Oremus.

Omnipotens Deus, manibus nostris opem tuae benedictionis infunde: ut per nostram bene†dictionem hoc linteamen sanctificetur, et corporis et sanguinis Redemptoris nostri novum sudarium Spiritus sancti gratia efficiatur. Per eumdem Dominum . . . in unitate ejusdem Spiritus sancti. ℟. Amen.

Et aspergit aqua benedicta.

4) Benedictio tabernaculi, seu vasculi *) pro sacrosancta Eucharistia conservanda.

℣. Adjutorium nostrum in nomine Domini.
℣. Dominus vobiscum.

*) Vasa sacra amittunt suam consecrationem, dum per fractionem vel aliter amittunt figuram aut formam essentialem, sub qua sunt consecrata aut benedicta; seu dum fiant inutilia et inepta ad convenientem usum, ad

Oremus.

Omnipotens sempiterne Deus, majestatem tuam supplices deprecamur, ut vasculum hoc pro corpore Filii tui Domini nostri Jesu Christi in eo condendo fabricatum, bene†dictionis tuae gratia dicare digneris. Per eumdem Dominum.
℞. Amen.

Deinde aspergit illud aqua benedicta.

B. Benedictiones a Parochis seu sacerdotibus faciendae.

5) Benedictio novae crucis.

℣. Adjutorium nostrum in nomine Domini.
℣. Domine exaudi etc. ℣. Dominus vobiscum.

Oremus.

Rogamus te, Domine sancte, Pater omnipotens, aeterne Deus: ut digneris bene†dicere hoc *) signum crucis, ut sit remedium salutare generi humano; sit soliditas fidei, profectus

---

quem sunt consecrata aut benedicta. Quando calix de novo inauratur amittit consecrationem, et nova consecratione indiget. S. R. C. 14. Junii 1845.

*) *Si fuerint plures, mutetur numerus.*

bonorum operum, redemtio animarum, sit solamen et protectio, ac tutela contra saeva jacula inimicorum. Per Christum Dominum nostrum. ℟. Amen.

Altera oratio ad idem *).

Benedic Domine Jesu Christe hanc crucem tuam, per quam eripuisti mundum a potestate daemonum, et superasti passione tua suggestorem peccati, qui gaudebat in praevaricatione primi hominis per ligni vetiti sumptionem.

(Hic asperg. aqua benedicta.)

Sanctificetur hoc signum crucis in nomine Patris † et Filii † et Spiritus † sancti, ut orantes inclinantesque se propter Dominum ante istam crucem, inveniant corporis et animae sanitatem. Per Christum Dominum nostrum. ℟. Amen.

Postea Sacerdos genuflexus ante crucem devote adorat, et osculatur, et idem faciunt quicumque voluerint.

---

*) *Haec oratio adjicitur, quando crux missionis benedicitur.* *P. Maurel.*

6) Benedictio imaginum Jesu Christi, Domini nostri, B. Virginis Mariae et aliorum sanctorum.

℣. Adjutorium nostrum in nomine Domini.
℣. Dominus vobiscum.

Oremus.

Omnipotens sempiterne Deus, qui sanctorum tuorum imagines (sive effigies) sculpi aut pingi non reprobas, ut quoties illas oculis corporeis intuemur, toties eorum actus et sanctitatem ad imitandum memoriae oculis meditemur: hanc, quaesumus, imaginem (seu sculpturam) in honorem et memoriam unigeniti Filii tui Domini nostri Jesu Christi (vel Beatissimae Virginis Mariae, Matris Domini nostri Jesu Christi, vel beati N. Apostoli tui, vel Martyris, vel Confessoris, ant Pontificis, aut Virginis) adaptatam bene†dicere et sancti†ficare digneris; et praesta, ut quicumque coram illa unigenitum Filium tuum (vel Beatissimam Virginem vel gloriosum Apostolum, sive Martyrem, sive Confessorem aut Virginem) suppliciter colere et honorare studuerit, illius meritis et obtentu a te gratiam in praesenti et aeternam gloriam obtineat in

futurum. Per eumdem Christum Dominum nostrum. ℟. Amen.

Ultimo aspergat aqua benedicta.

7) Benedictio coronarum aut Rosariorum.

℣. Adjutorium nostrum in nomine Domini.
℣. Dominus vobiscum.

Oremus.

Omnipotens et misericors Deus, qui propter eximiam charitatem tuam, qua dilexisti nos, Filium tuum unigenitum, Dominum nostrum Jesum Christum de coelis in terram descendere et de Beatae Virginis Mariae Dominae nostrae utero sacratissimo, Angelo nuntiante, carnem suscipere, crucemque et mortem subire, et tertia die gloriose a mortuis resurgere voluisti, ut nos eriperes de potestate tenebrarum; obsecramus immensam clementiam tuam, ut haec signa Rosarii in honorem et laudem ejusdem Genitricis Filii tui bene†dicas et sancti†fices, eisque infundas virtutem Spiritus sancti, ut quicunque ea super se portaverint atque attente et devote recitaverint, per invocationem sancti nominis tui, corporis sanitatem et animae tutelam

percipiant. Per eumdem Christum Dominum nostrum. ℟. Amen.

Aspergat aqua benedicta.

8) Benedictio olei simplicis.

℣. Adjutorium nostrum in nomine Domini.
℣. Qui fecit coelum et terram.

Exorcismus.

Exorcizo te creatura olei, per Deum Patrem omnipotentem, qui fecit coelum et terram, mare et omnia, quae in eis sunt. Omnis virtus adversarii, omnis exercitus diaboli, et omnis incursus, omne phantasma satanae eradicare et effugare ab hac creatura olei, ut fiat omnibus, qui eo usuri sunt, salus mentis et corporis in nomine Dei Patris † omnipotentis et Jesu † Christi Filii ejus, Domini nostri et Spiritus † sancti Paracliti, et in charitate ejusdem Domini nostri Jesu Christi, qui venturus est judicare vivos et mortuos et saeculum per ignem.
℟. Amen.
℣. Domine exaudi orationem meam.
℣. Dominus vobiscum.

Oremus.

Domine Deus omnipotens, cui adstat exercitus Angelorum cum tremore, quorum servitium spirituale cognoscitur, dignare respicere, benedicere sanctificare hanc creaturam olei, quam per olivarum succo eduxisti, et ex eo infirmos inungi mandasti, quatenus sanitate percepta, tibi Deo vivo et vero gratias agerent, praesta quaesumus ut hi, qui hoc oleo, quod in tuo nomine bene†dicimus † usi fuerint, ab omni languore omnique infirmitate, atque cunctis insidiis inimici liberentur, et cunctae adversitates separentur a plasmate tuo, quod pretioso sanguine Filii tui redemisti, ut nunquam laedatur a morsu serpentis antiqui. Per eumdem Christum Dominum nostrum. ℟. Amen.

℣. *Aspergatur aqua benedicta.*

Benedictio agni, ovorum et panis in Pascha.

℣. Adjutorium nostrum in nomine Domini.

℟. Qui fecit coelum et terram.

℣. Dominus vobiscum. ℟. Et cum spiritu tuo.

Oremus.

Deus, qui per famulum tuum Moysen in liberatione populi tui de Aegypto agnum occidi

jussisti in similitudinem Domini nostri Jesu Christi, et utrosque postes domorum de sanguine ejusdem agni perungi praecepisti: ita bene✝dicere et sancti✝ficare digneris hanc creaturam carnis, quam nos famuli tui, ad laudem tuam sumere desideramus, per Resurrectionem ejusdem Domini nostri Jesu Christi. Qui tecum vivit et regnat etc. ℟. Amen.

Et aspergat aqua benedicta.

Oremus.

Subveniat, quaesumus Domine, tuae Bene✝dictionis gratia huic ovorum creaturae, ut cibus salubris fiat fidelibus tuis in tuarum gratiarum actione sumentibus, ob Resurrectionem Domini nostri Jesu Christi. Qui tecum vivit et regnat etc. ℟. Amen.

Et aspergat aqua benedicta.

Oremus.

Domine Jesu Christe! panis Angelorum, panis vivus aeternae vitae, bene✝dicere dignare panem istum, sicut benedixisti quinque panes in deserto, ut omnes ex eo gustantes inde corporis et animae percipiant sanitatem. Qui vivis et regnas etc. ℟. Amen.

Et aspergat aqua benedicta.

Benedictio domus novae et thalami.

℣. Adjutorium nostrum in nomine Domini.
℟. Qui fecit coelum et terram.
℣. Dominus vobiscum. ℟. Et cum spiritu tuo.

Oremus.

Te Deum Patrem omnipotentem suppliciter exoramus pro hac domo et pro habitatoribus ejus ac rebus, ut eam bene†dicere, et sancti†ficare, ac bonis omnibus ampliare digneris: tribue eis, Domine, de rore coeli abundantiam, et de pinguedine Terrae vitae substantiam, et desideria voti eorum ad effectum tuae miserationis perducas. Ad introitum ergo nostrum bene†dicere et sancti†ficare digneris hanc domum, sicut benedicere dignatus es domum Abraham, et Isaac, et Jacob, et intra parietes domus istius Angeli tui lucis habitent, eamque et ejus habitatores custodiant. Per Christum, Dominum nostrum. ℟. Amen.

Deinde aspergat aqua benedicta.

Oremus.

Bene†dic Domine, thalamum hunc, ut omnes habitantes in eo, in tua pace consistant, et in tua voluntate permaneant, et senescant, et

multiplicentur in longitudinem dierum, et ad regna coelorum perveniant. Per Christum Dominum nostrum. ℟. Amen.

Deinde aspergat aqua benedicta.

Benedictio s. viae crucis in XIV stationibus.

Haec benedictio a sede apostolica sacerdotibus Ordinis Min. s. Francisci de observantia vel reformatae familiae ex antiquis temporibus cum indulgentiis delata fuit et adhuc constat; sed ex propria facultate) Rmi. P. Generalis ex Ara coeli Romae per plurimos annos Ordinis Min. s. Fr. Conventualium et Capucinorum plurimis patribus per Germaniam pro iis locis concessa est, habita prius Ordinarii licentia, ubi sui Ordinis patres desunt vel commode haberi non possunt.*

Oratione ad populum de s. cruce habita, Officiator omnes imagines XIV stationum, quae singulae habeant cruces ligneas superius in crate vel margine, quibus apostolica indulgentia applicatur, in choro ecclesiae collocari

*) *Quae facultas etiam a Congr. Indulg. petentibus conceditur.*

curabit, ita ut in conspectu habere possit. Dein a populo cantatur: „Komm' heiliger Geist!" et officiator secum habens ministrantes cum aspersorio et thuribulc, indutus superpelliceo et stola violacea ante Altare majus 4. candelis accensis et crucifixo decoratum in medio, genuflexus dicit:

„Veni creator Spiritus!" cum ℣. et Orat.: „Deus, qui corda fidelium" etc. pag. 234, or. Defende pag. 224. Actiones nostras pag. 223.

Benedictio XIV. Imaginum.

℣. Adjutorium nostrum in nomine Domini.
℟. Qui fecit coelum et terram.
℣. Dominus vobiscum.
℟. Et cum spiritu tuo.

Oremus.

Omnipotens sempiterne Deus, qui sanctorum tuorum imagines sculpi, aut pingi non reprobas, ut quoties illas oculis corporis intuemur, toties eorum actus, et sanctitatem ad imitandum memoriae oculis meditemur; has quaesumus imagines in honorem et memoriam Unigeniti Filii tui Domini nostri Jesu Christi adaptatas bene✝dicere, et sancti✝ficare digneris, et praesta,

ut quicumque coram illis Unigenitum Filium tuum suppliciter colere, et honorare studuerit, illius meritis et obtentu, a te gratiam in praesenti, et aeternam gloriam obtineat in futuro. Per eumdem Christum etc.

Dein aspergat aqua bened. et incenset.

Benedictio super cruces.

℣. Adjutorium nostrum in nomine Domini.
℣. Qui fecit coelum et terram.
℣. Dominus vobiscum. ℟. Et cum spiritu tuo.

Oremus.

Rogamus te, Domine sancte, Pater omnipotens, sempiterne Deus, ut digneris bene✝dicere haec signa crucis tuae, ut sint remedia salutaria generi humano; sint soliditas fidei, bonorum operum profectus, et redemptio animarum; sint solamen et protectio, ac tutela contra saeva jacula inimicorum. Per Christum Dominum nostrum. ℟. Amen.

Oremus.

Bene✝dic Domine has cruces, quia per Crucem sanctam tuam eripuisti mundum a potestate daemonum, et superasti passione tua

suggestorem peccati, qui gaudebat in praevaricatione primi hominis per ligni vetiti sumptionem. *Hic asperg. aqua bened. omnes, dicens:* Sanctificentur ista crucis signa in nomine Patris, et Filii, et Spiritus sancti, ut orantes, inclinantesque se propter Deum ante istas cruces, inveniant sanitatem animae et corporis. Per Christum Dominum nostrum. ℟. Amen.

Dictis orationibus imagines cum crucibus disponuntur per ecclesiam pro suis locis et Officiator ad populum dicit ut infra:

Im Namen der allerheiligsten Dreifaltigkeit, des Vaters und des Sohnes und des heiligen Geistes richte ich zur frommen Gedächtniß und Verehrung des schmerzhaften Weges, den unser Herr und Heiland Jesus Christus für uns arme Sünder zu betreten sich gewürdigt hat, kraft der mir vom heiligen apostolischen Stuhle verliehenen Vollmacht diesen Kreuzweg auf und will, daß er in bester Form, wie es solches verlangt wird, aufgerichtet sei; auf daß, wer immer denselben andächtig und nach gehöriger Vorschrift besuchen wird, alle Ablässe, welche die Päpste gnädig verliehen haben, zu gewinnen vermöge, was durch seine Gnade Jesus Christus, unser Herr und

Heiland, der über alles in Ewigkeit gebenedeite Gott gebe. ℟. Amen.

Proinde facta contritione et intentione pro lucranda indulgentia plenaria Officiator procedit antecedentibus cruciferario cum cruce hastata, 2 acolythis candelis accensis, thuriferario fumigante thuribulo ac aspersorii ministro ad I. stationem, ubi aspergit et thurificat locum et iconem, et si I. stationis imago appensa est, genuflectit et orat meditatione brevi facta, ut infra:

℣. Wir beten dich an Herr Jesu Christe! und benedeien dich.

℟. Denn durch dein heiliges Kreuz hast du die Welt erlöst.

Vater unser ꝛc. Gegrüßet ꝛc. Ehre sei ꝛc.

℣. Gekreuzigter Herr Jesus!

℟. Erbarme dich unser.

Et sic pergit et orat ad ceteras stationes per Ecclesiam. In fine: „*Te Deum laudamus*" ad altare majus cum orat. vide pag. 188 etc. . . . postea dat populo ad osculandum ostensorium cum reliquia s. crucis.

Formula instrumenti de facta bened.

In nomine sanctissimae Trinitatis.

Tenore praesentium testor ego infrascriptus: Viam crucis in Ecclesia parochiali (vel claustrali) in N. existentem ad petitionem Domini N. N. plebani loci et cum permissione Illustrissimi et Reverendissimi Domini nostri Episcopi N. die infra scripto auctoritate a Sanctissimo Domino nostro, Papa N. N. mihi ad hoc concessa, rite erexisse ac benedixisse.

In quorum fidem has dedi literas manu mea conscriptas et mei Ordinis sigillo munitas.

Expeditum N. die . . . mensis.

Anno Domini

L. S. N. N.

Meditationes quotidianae per hebdomadam distributae pro exercitiis spiritualibus annuis.

Praenotanda Meditationibus pro confratribus.

Sacerdos, si non est impeditus per itinera vi pag. 84, aut gravia negotia, instituat me-

ditationem quotidianam, cujus materiam coram crucifixo ante oculos mentis ponat, et si non per totius anni decursum, saltem tempore Adventus Domini aut Quadragesimali. Insuper consuluntur unicuique sacerdotum annuatim suo tempore exercitia spiritualia, quae per sanctam matrem Ecclesiam, et vitam et doctrinam ss. Patrum ac Doctorum omnibus sacerdotibus in vinea Domini operantibus peramanter recommendantur, ut vitia devitent ac bona opera exerceant, atque ad animae sanctificationem accedant. Opto tibi Carissimo, ut per dies aliquos continuos scruteris intima tua. Redde rationem villicationis Redemtori annuatim, ut in ultimo judicio privato, mortis illa hora tremenda tibi indulgeat. Nisi cum aliis in seminario ista exercitia facias; si tibi placet, peto ut benigne accipias in sequentibus paginis meditationes ad hunc finem compositas. O quot animas sacerdotum hoc pio stratagemate e vitiorum coeno traxit Deus! quot tepidos ad fervorem reduxit, et fervidos nos zelo ardere fecit! Attende s. Ignatium, Carolum Borromaeum, Franciscum Salesium, Xaverium, quot animas redemerunt Salvatori, ac enumera illos, si potes, quos ignis ardens infernalis propter impoenitentiam sive

teporem aut duritiem cordis aeterne exuret cum diabolo?! —

Praeparatio ad Meditationes.

Ex Decreto s. Concilii Tridentini de Reformatione.

§ 1. Decreta de vita, et honestate clericorum innovantur.

Nihil est, quod alios magis ad pietatem et Dei cultum assidue instruat, quam eorum vita, et exemplum, qui se divino ministerio dedicarunt. Cum enim a rebus saeculi in altiorem sublati locum conspiciantur; in eos, tamquam in speculum reliqui oculos conjiciunt, ex iisque sumunt, quod imitentur. Quapropter sic decet omnino clericos, in sortem Domini vocatos, vitam, moresque suos omnes componere, ut habitu, gestu, incessu, sermone, aliisque omnibus rebus nil, nisi grave, moderatum ac religione plenum prae se ferant; levia etiam delicta, quae in ipsis maxima essent, effugiant; ut eorum actiones cunctis afferant venerationem. Cum igitur quo majore in ecclesia Dei, et utilitate, et ornamento haec sunt, ita etiam diligentius sint observanda; statuit sancta synodus, ut quae aliis

a summis pontificibus, et a sacris conciliis de clericorum vita, honestate, cultu, doctrinaque retinenda, ac simul de luxu, comessationibus, choreis, aleis, lusibus ac quibuscumque criminibus, necnon saecularibus negotiis fugiendis copiose, ac salubriter sancita fuerunt; eadem in posterum iisdem poenis, vel majoribus, arbitrio ordinarii imponendis, observentur; nec apellatio executionem hanc, quae ad morum correctionem pertinet, suspendat. Si qua vero ex his in desuetudinem abiisse compererint; ea quamprimum in usum revocari, et ab omnibus accurate custodiri studeant; non obstantibus consuetudinibus quibuscumque, ne subditorum neglectae emendationis ipsi condignas, Deo vindice, poenas persolvant.

Ante Meditationem quotidianam.

Veni sancte Spiritus, reple tuorum corda fidelium: et tui amoris in eis ignem accende.
℣. Emitte spiritum tuum et creabuntur.
℟. Et renovabis faciem terrae.

Oremus.

Deus, qui corda fidelium sancti Spiritus illustratione docuisti, da nobis in eodem Spiritu

recta sapere, et de ejus semper consolatione gaudere. Per Christum Dominum nostrum. ℟. Amen.

Post Meditationem.

℣. Non nobis Domine, non nobis.
℟. Sed nomini tuo da gloriam.

Oremus.

Suscipe clementissime Deus, precibus et meritis Beatae Mariae semper Virginis, beati N. et omnium sanctorum et sanctarum, officium servitutis nostrae, et si quid dignum laude egimus, propitius respice, et quod negligenter actum est, clementer ignosce. Qui in Trinitate perfecta vivis et regnas Deus in saecula saeculorum. ℟. Amen.

Brevis regula vitae.

1. Tempore matutino per anni decursum variando de lectulo resurge et vestimentis indutus, incipe exercitium matutinum ut pag. 1. deinde ante Christum crucifixum institue meditationem, quae tempore horae dimidiae, inclusive contritione et conscientiae examine

finienda est, postea sequitur praeparatio ad s. Missam.

2. *Post s. Missam gratiarum actio in Ecclesia. Si Officia parochialia non impediunt, recitentur horae minores, postea per unam vel alteram horam studia dogmatica et moralia atque similia.*

3. *Hora 12. Prandium. Postea recreatio honesta, vel Officia parochialia v. g. visitatio aegrotantium etc. Hora 4. Vesperae et Completorium; quo finito commendatur visitatio quotidiana sanctissimi sacramenti conjuncta cum veneratione Beatae Mariae Virginis.*

4. *Hora 5. vel 6. anticipetur Matutinum cum Laudibus. Hora 7. Coena. Postea recreatio honesta. Hora 9. Preces communes in familia e. gr. Rosarium. Deinde in nomine Domini perge ad lectulum.*

5. *Sine regula vitae quotidianae, sine meditatione ac oratione conjuncta cum labore in vinea Domini nec peccatum leve nec grave devitatur, multominus a Sacerdote, instigante mundo et diabolo, mors bona aut sanctorum beatitudo acquirenda est.*

Meditatio die Dominica.

De destinatione hominis, in specie Sacerdotis.

1. Considera. In principio creavit Deus coelum et terram." Est unus Deus, trinus in personis, unus in essentia. Deus ad nutum omnia regit, Deus est bonorum remunerator, malorum vindicator. Dei filius pro nobis homo factus, per mortem et passionem suam nos redemit. Anima hominis immortalis et Dei gratia necessaria est ad salutem. Creatus est homo ad hunc finem, ut Dominum Deum suum laudet ac revereatur, eique serviens, tandem salvus fiat. Sed qui te creavit sine te, non salvabit sine te; ergo Deum time et mandata ejus observa, hoc est omnis homo; imo unum necessarium est: Deo obedire in bona ac sincera conscientia, deinde in vita hac brevi, gratia adjuvante coelesti, et cooperante tua voluntate, coelum mereri atque Deum possidere in aeternum.

2. Considera. Unde es tu? Quis et quibuscum es in hac vita, qualis et ubi eris in altera vita? Christianus es tu, in Baptismate renuntiasti Satanae, superbiae et omnibus ejus operibus; sub victrici Christi Redemptoris

vexillo adjurasti pro Deo militare, ergo Christo conformari in fide, spe et charitate. Sed eo magis obligaris: pro Christo vivere, in Ecclesia sua militare et mori ubique esse paratum, quia es sacerdos prae millibus electus, quantum potes perfecte conformari Salvatori, ut eum s. Paulo valeas exclamare: „Mihi vivere Christus est et mori lucrum; cupio dissolvi et esse cum Christo!“ Nunc ad perfectionem sacerdotalem numquid requiritur? A tua parte, modo voluntas bona et actus hominis gratiae divinae cum vera libertate cooperantis, a parte Dei autem auxilium gratiae; porro requiritur pro glorificatione sacerdotis, ut in statu gratiae meritoria pro coelo opera perpetraret sine intermissione; a parte Dei, ut gratiam daret perseverantiae usque ad finem, quam reddit Deus ei, qui omni die obsecrat. Ergo vigila et labora, esto humilis et ora sine mora! Si dubitas, an sis vocatus, fac ut voceris. Nondum traheris? Ora ut traharis, ait s. Augustinus. Deus neminem derelinquit, qui eum non prius dereliquit. Si ista hi et illi potuerunt, quare non ego?

3. Considera: Tu es sacerdos, a Christo vocatus in vineam suam, nisi Dei gratiam ingratus negligis, coelum mereri vales per

merita Christi, Salvatoris tui, aut in vera poenitentia cum ardente charitate erga Deum et proximum sicut s. Augustinus, si vita tua, priusquam in vineam Domini intrasti, peccato aliquo gravi maculata fuerit; aut si in morum integritate animaeque probitate sacerdotii munera per manum Episcopi suscepisti, in zelo religioso in cura animarum et animis lucrandis pro Christo, sicut s. Carolus Borromaeus, s. Franciscus Xaverius et s. Vincentius a Paulo. Qualis vita, talis mors! vae tibi, si infidelis vocationi sacerdotali inventus coram Christi tribunali cum Juda, traditore, inferni poenas lues. „Quid non vales ex te supplet gratia Dei, si humiliter petis, petenda est autem gratia perseverantiae a Deo, quia non obligatur alicui dare illam.“ S. Thomas de Aquino.

Oremus.

Pater omnipotens, aeterne Deus, gratias tibi ago, quia me creasti ad imaginem tuam, me redemisti per sanguinem pretiosum Filii tui et me sanctificasti s. Spiritus gratia. Utinam te semper amassem perfecte, nunquam te offendissem! Doleo de peccatis omnibus vitae meae, ignosce mihi et delicta mea, multa et magna

dimitte per merita passionis Filii tui Jesu Christi, Domini nostri. Dirige omnia verba, cogitationes et opera mea ad majorem tui gloriam et animae meae salutem, atque fac me ita creaturis uti, ne me separent ab amore tuo. Per Dominum nostrum, Jesum Christum Filium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitate Spiritus sancti Deus, per omnia saecula saeculorum. ℟. Amen.

Meditatio diebus Festivis.

De bona morte sacerdotis.

„Euge serve bone et fidelis, quia super pauca fuisti fidelis, te super multa constituam, intra in gaudium Domini tui.“ Math. 25, 23.

1. Considera. Maximi momenti pro mortis hora est contritio vera et amor in Deum perfectus. Pastor bonus re temporali bene ordinata in testamento, juxta Ecclesiae normam erecto, proinde spiritualia diligentissime procurans in assidua oratione et labore, incessanter confidens in Deo, maturo tempore ad mortem beatam se praeparans, omnibus omnia factus in coelesti studio nullam unquam in diebus

vitae praetermisit occasionem: animas immortales mundo et diabolo eripiendi, a nativitate usque ad sepulchrum fidelibus pro Deo invigilandi et pascendi oves. Tandem pie moriturus de sua spe et operatione securus, pulsanti judici confestim aperit, quia aequum judicem sustinet et cum tempus propinquae mortis advenerit, de gloria retributionis hilarescit.

2. Considera. Beati mortui, qui in Domino moriuntur, requiescant a laboribus suis, opera enim eorum sequuntur illos. Pius sacerdos solatium verum habens jam in hoc statu viae coram Deo in conscientia recta ac sincera exspectat et sperare debet felicem mortem tamquam mercedem laborum in vinea Domini. Accipiet nunc in coelo remunerationem splendidam a summo Pastore animarum, iterum jam in vita, Dei electus et per gratiam sanctificatus esse in munere sacerdotali ecce! quanta, beata ac coelestis vocatio! Omnes boni et fideles ecclesiae ipsi commissae laudant in Domino dormientem, deplorant vehementer emigrantem in patriam et orant pro anima defuncti pastoris animarum. Justum deduxit Dominus per vias rectas et ostendit illi regnum Dei, et dedit illi scientiam

Sanctorum, honestavit illum in laboribus et complevit labores illius.

3. Considera: Scimus autem, quoniam diligentibus Deum omnia cooperantur in bonum iis, qui secundum propositum vocati sunt sancti. Nam quos praescivit, et praedestinavit conformes fieri imaginis Filii sui. Quos autem praedestinavit, hos et vocavit: et quos vocavit, hos et justificavit, quos autem justificavit, illos et glorificavit. Ad Rom. 8, 28. In mortis hora a Deo agnitionem meritorum accipere, quem puro corde incessanter desiderando quaesivit, Deum videre et possidere per saecula, in requiem sempiternam intrare, labore peracto, devicta morte et diabolo: quidnam gaudium cum Sanctis cunctis Deum adorare atque laudare, incessanter benedicere in aeternum?

4. Considera. Quod oculus non vidit, nec auris audivit, nec in cor hominis ascendit, praeparavit Deus diligentibus se. I. Cor. 2, 9. Tu vero Timothee vigila, in omnibus labora, opus fac Evangelistae, ministerium tuum imple. Sobrius esto. Ego enim jam delibor et tempus resolutionis meae instat. Bonum certamen certavi, cursum consummavi, fidem servavi. In reliquo reposita est mihi corona justitiae, quam

reddet mihi Dominus in illa die justus judex, non solum autem mihi, sed et illis, qui diligunt adventum ejus. II. Tim. 4, 8. Et absterget Deus omnem lacrymam ab oculis eorum, et mors ultra non erit, neque luctus, neque clamor, neque dolor erit ultra, quia prima abierunt. Apoc. Joan. 21, 4.

5. **Soliloquium.** *Neminem laede, neminem time sed time Deum; sperne mundum, sperne te ipsum, disce sperni, sperne sperni. Prae omnibus quaere Deum, ut invenias illum, Mariam cole et summo quiete frueris in pectore.*

Hym. ad B. M. V. *Ultima in mortis hora, * Filium pro nobis ora: * Bonam mortem impetra * Virgo, Mater, Domina!*

Oremus.

Dulcissima Virgo Maria, Mater Dei et Domini nostri Jesu Christi, refugium peccatorum et mater misericordiae! me hodie et semper in tuam singularem custodiam humillima devotione commendo. Dirige servum tuum in omnibus viis et actionibus, consolare me in omnibus aerumnis et angustiis, tuere et praeserva me a cunctis malis et periculis. Converte faciem tuam ad me, cum finis advenerit vitae

meae et in hora illa tremenda consolatio tua laetificet spiritum meum. Maria, o Mater gratiae, Mater misericordiae! tu me ab hoste protege et in mortis hora suscipe. Omnes sancti Dei et patroni mei orate pro me, ut in Deo vivam et moriar per Christum, Dominum nostrum. ℟. Amen.

Meditatio pro Feria II.

De Peccato.

1. Considera. „Per unum hominem peccatum in hunc mundum intravit, et per peccatum mors, et ita in omnes homines mors pertransiit, in quo omnes peccaverunt.“ Rom. 5, 12.

Peccatum mortale est voluntarius recessus a regula divina sive inobedientia erga Deum. Dum istud unicum et summum malum est, satagemus, ut praedominans peccatum inprimis investigemus atque opportunis mediis sanemus et Dei poenas paternas humili poenitentiae sensu toleremus. Heu! magna est miseria hominis a juventute sua et cum s. Augustino indigemus deprecari Deum: „Hic Domine! seca,

ure, puni me, sed parce mihi in futuro saeculo;“ nam aliquando Deus, cui ignoscit in futuro saeculo, corripit eum de peccato in hoc saeculo; ergo melius est pati in hac vita, quam in altera. — „O bone Domine! et si ego admisi, unde me damnare potes, tu ne amisisti, unde salvare soles.“ —

2. Considera malitiam et poenas horribiles pro peccato per Dei justitiam inflictas istis angelis damnatis ad infernum et protoparentibus nostris e Paradiso ejectis, recognosce hanc malitiam ex aeterna inferni poena et ex passione ac crudelissima morte Christi in cruce. Continet enim peccatum mensuram infinitae malitiae propter offensae majestatis Dei infinita, quam neque homines neque angeli placare potuerunt. Attamen nemo desperet, sed et nemo male speret. Memento, quoniam mors non tardat: „Certa mors, incerta hora.“ —

3. Considera, peccatum mortale privat nos divinae amicitiae et charitatis, aufert omnia merita et jus hereditarium ad coelum, irrogat nobis divinas vindicationes et tandem aeternam damnationem infernalem. In statu peccati nemo valet pro coelo mereri et justus ipse in tristis-

simum hunc statim per grave peccatum lapsus, statim amisit omnem spem justificationis.

4. Considera: Homo ex se nec in coelum nec in infernum intrat, sed communiter conducitur per alios. Sancti Dei enim sive bene educati per parentes sive per Deum ex injunctis variis adversitatibus, calamitatibusque hujus saeculi vel diaboli, ad virtutem humilitatis et Domini timorem pervenerunt et gratiam; impii autem communiter per diabolum vel malos socios a Deo retracti sunt ad ruinam. Ergo devita socios malos et elige bonos, confide sed cui vide, mundus enim decipit, diabolus minime dormit, sed tamquam leo rugiens circuit, quaerens quem devoret, cui resiste in fide, spe et charitate. Et quid est in mundo: concupiscentia nempe carnis et oculorum, et superbia vitae a bono sacerdote per obedientiam, castitatem et spiritualem paupertatem devincitur adjuvante Dei gratia. „Multi vocati, pauci vero electi."

Oratio s. Augustini.

Peccavi Domine peccatum grande, et multorum mihi conscius sum delictorum; sed nec sic despero, quoniam ubi abundaverunt delicta, superabundavit et gratia. Qui de venia pec-

catorum suorum desperat, negat te Deum esse misericordem. Magnam injuriam tibi facit, qui de tua misericordia diffidit. Non possum terreri multitudine peccatorum, si mors tua, Domine Jesu, in mentem mihi venerit. Clavi et lancea clamant mihi, quod tibi reconciliatus sum. Longinus aperuit mihi latus tuum, et ego intravi et ibi requiesco securus; nullum tam potens amoris erga te incitamentum est, quam mors tua, mi Jesu, qua me redemisti. Inclinas caput tuum in morte, ut osculum mihi, quamvis peccatori, des; extendis brachia tua in cruce et expandis manus tuas, paratus in amplexus meos. Inter brachia tua et vivere volo, et mori cupio. ℟. Amen.

„Tu scis, Domine, quia amo te“ magisque amare cupio; quod millies malo mori, quam in illud peccatum ... in illa peccata relabi. Utinam te nunquam vel minimo delicto offendam.

Meditatio pro Feria III.

De Morte.

„Statutum est homini semel mori, et post hoc judicium.“ Hebr. 9, 27.

1. Considera. Mors est animae discessus a corpore, mundo, negotiis, amicis, divitiis, ho-

noribus. Mors certa est omnibus, qui peccaverant, absolute universalis, furtiva, non evitanda, inexorabilis; incerta vero hora, locus, qualitas et exitus mortis sive ad coelum sive ad infernum. Quam ob causam salvator noster admonet: „Vigilate itaque, quia nescitis diem neque horam.“ „Vigilate et orate, ne intretis in tentationem, spiritus quidem promptus, caro autem infirma.“ „In omnibus operibus tuis memorare novissima tua, et in aeternum non peccabis.“ Sirach. 7, 40.

2. Considera. Mors, et ipsius justi est amara valde, quia est poena cunctorum, qui in Adamo peccaverunt; semel tantum quisque moritur et nil terribilius, quam in articulo mortis, in uno momento dijudicari a Deo ipso justo, de quo non appellatur ad alium judicem; hic enim absolute decernitur de aeternitate poenae aut praemii; enimvero non amplius gratia aut bona opera acquirenda, quia anima egressa ex statu viae praeparatoriae transit ad statum aeternae retributionis. Non mortem timeas, sed incertitudinem an bene an male moriturus sis; praepara te quotidie et maturo tempore in sincera ac quieta conscientia per bona opera ad mortem; disce artem artium

bene moriendi, disce mori omni die, ut bene moriaris, si Deus vocat.

3. Considera. Mors peccatorum pessima, quia discedunt in aeternum a Deo creatore, a Jesu Christo redemtore, a Spiritu sancto, sanctificatore atque nunquam videbunt Deum suum, pro quo creati ac destinati sunt, ideo in aeternum desperabunt. Mors impiorum sacerdotum vero in summo gradu pessima; damnatus sacerdos enim in se retinebit indelebilem suum characterem per saecula, annexum cum horribili infamia, eo detestabilior evectus ipse maledictus prae omnibus maledicendis, quanto sublimior ac sanctior erat gradus, de quo lapsus est ad infernales poenas cum socio diabolo; non oblivisci potest, sicut ille praerogativas suae destinationis, ut ex hac recognitione jacturae privilegiorum coelestium semper novum tormentum per saecula appareat. Qua de causa etiam de illo ut de Juda salvator mundi dicere possit: „Bonum erat ei, si non natus esset homo ille.“ Marc. 14, 21. „Potentes potenter tormenta patientur.“ Sap. 6. Applica hoc sacerdoti potestate sua, quam habet, maxima abutenti, et time. „Omnes nos manifestari oportet ante tribunal Christi, ut referat unus-

quisque propria corporis, prout gessit, sive bonum, sive malum.“ II. Cor. 5, 10.

Oratio pro felici morte.

Domine Jesu Christe! crucifixe propter hominem, per sanctissima tua vulnera rogo te, ut hodie et diebus omnibus vitae me custodias. Agnus Dei, Fili David! miserere mei et ne sinas, ut moriar, nisi tibi perfecte placeam, etiam condigna sancti Corporis et Sanguinis tui oleique sacri perceptione muniar. Moriar in fide recta, spe firma et charitate perfecta; ut ad te laetus venire et gloriam tuam consequi merear. ℟. Amen.

† Vivat anima mea vitam Sanctorum: ut et possit mori morte Beatorum. Jesus! † Maria! † Joseph!

Meditatio pro Feria IV.

De Inferno.

1. Considera. „Discedite a me, maledicti in ignem aeternum, qui paratus est diabolo et angelis ejus.“ Matth. 25, 41. Est infernus locus iste, ubi justitia Dei damnatos malos angeles hominesque perenniter sine fine punire et cruciare decrevit, ubi ignis non extinguitur,

vermis non moritur; ut illi, qui nolebant Deum, creatoris sui Majestatem agnoscere ac diligere, dum valebant, eum timerent et adorarent cum trepidatione et tremore in ignibus aeternis. Unusquisque eorum, qui infernum inhabitant, culpa sua damnatus est; sanctus Deus neminem coget in infernum, qui non sponte ingredi volebat. „Timor Dei timorem expellit gehennae, quia facit hominem peccatum cavere et opera justitiae augere.“ S. Augustinus.

2. Considera et ad vivum tibi repraesenta, in quantum fieri potest, istas poenas aeternas infernales, de quibus ex revelatione et verbo Christi et suae sanctae Ecclesiae scientiam certam habemus: vasta infernorum incendia et animas igneis quibusdam corporibus velut ergastulis inclusas; audi ejulatus, vociferationes, ululatus, dentium stridorem in flamma et nocte aeterna, percipe blasphemias damnatorum in Christum, sanctam Matrem et Sanctos ejus semper denuo erumpentes, eorum inimicitias et sempiterna dissidia; impii enim non habent pacem. Vide ac recognosce ex eorum oculis moerores, desperationes, rabies et furies tremendas effulgentes illorum impiorum, qui a Deo omnipotenti et justo maledicti sunt. „Descende adhuc in hac

vita tua spiritualiter quotidie in infernum, ne in morte tua ad infernum descendere cogeris.“ — S. Bernardus.

3. Considera ex ore Christi prolatam historiam cujusdam damnati ad infernum. „Homo quidam erat dives, qui induebatur purpura et bysso, et epulabatur quotidie splendide. Et erat quidam mendicus, nomine Lazarus, qui jacebat ad januam ejus, ulceribus plenus, cupiens saturari de micis, quae cadebant de mensa divitis; et nemo illi dabat; sed et canes veniebant et lingebant ulcera ejus. Factum est autem, ut moreretur mendicus et portaretur ab Angelis in sinum Abrahae. Mortuus est autem et dives et sepultus est in inferno. Elevans autem oculos suos, cum esset in tormentis, vidit Abraham a longe et Lazarum in sinu ejus; et ipse clamans dixit: Pater Abraham, miserere mei, et mitte Lazarum, ut intingat extremum digiti sui in aquam, ut refrigeret linguam meam, quia crucior in hac flamma. Et dixit illi Abraham: Filii, recordare, quia recepisti bona in vita tua, et Lazarus similiter mala; nunc autem hic consolatur, tu vero cruciaris, et in his omnibus, inter nos et vos chaos magnum firmatum est, ut hi, qui volunt hinc tran-

sire ad vos, non possint, neque inde huc transmeare. Et ait: Rogo ergo te, Pater, ut mittas eum in domum patris mei, habeo enim quinque fratres, ut testetur illis, ne et ipsi veniant in hunc locum tormentorum. Et ait illi Abraham: Habent Moysen et Prophetas; audiant illos. At ille dixit: Non, pater Abraham; sed si quis ex mortuis ierit ad eos, poenitentiam agent. Ait autem illi: Si Moysen et Prophetas non audiunt, neque, si quis ex mortuis resurrexerit, credent." Luc. 16, 19.

Sequuntur orationes et preces pro evitanda improvisa morte, quibus annexae sunt Indulgentiae per sedem apostolicam).*

Oremus.

1. Exaudi nos, Deus salutaris noster, et ne dies nostros ante finiri jubeas quam peccata dimittas: et quia in inferno superflua poenitentia est et nullum spatium corrigendi, hinc Te supplices rogamus et petimus, ut ubi das spatium supplicandi, jubeas et peccata dimitti. Per Dominum nostrum.

---

*) *Ex decr. Indulg. 2. Maji 1816. per Pap. Pium VII. vide Aloys. Prinzivalli collec. prec. etc.*

2. *Averte Domine, quaesumus, a fidelibus tuis cunctos miseratus errores, et saevientium morborum repentinam depelle perniciem, ut quos merito flagellas devios, foveas tua miseratione correctos. Per Dominum.*

3. *Ant. Anima mea cessa jam peccare; cogita de subitanea transpositione ad aeterna tormenta. Ibi enim non suscipitur poenitentia, nec lucrifaciunt lacrymae. Dum tempus adest convertere, clama dicens: Deus meus, miserere mei.*

4. *Antiph. Media vita in morte sumus, quem quaerimus adjutorem nisi te, Domine, qui pro peccatis nostris irasceris? Sanctus Deus, sanctus fortis, sanctus misericors, Salvator, amarae morti ne tradas nos.*

5. ℣. *Ne subito praeoccupati die mortis quaeramus spatium poenitentiae et invenire non possimus.* ℟. *Attende Domine, et miserere, quia peccavimus tibi.*

6. *Populum tuum, quaesumus, omnipotens Deus, ab ira tua ad te confugientem paterna recipe pietate: ut qui tuae Majestatis flagella in repentina morte formidant, de tua mereantur venia gratulari. Per Dominum.*

7. *Ecclesiae tuae, quaesumus, omnipotens Deus, placatus intende conventum, et misericordia tua nos potius, quam ira praeveniat; quia si iniquitates nostras observare volueris, nulla poterit creatura subsistere: sed admirabili pietate, qua nos fecisti, ignosce peccantibus, ut opera manuum tuarum repentina morte non facias interire. Per Dominum.*

8. *Exaudi, Domine, preces nostras, et ne velis cum servis tuis adire judicium: quia, sicut in nobis nulla justitia reperitur, de qua praesumere valeamus, ita Te fontem pietatis agnoscimus, a quo et a peccatis nostris ablui, et ab infirmitatibus ac repentina morte liberare confidimus. Per Dominum.*

9. *Deus, sub cujus oculis omne cor trepidat, et omnes conscientiae pavescunt, misericordiam tuam effunde supplicibus: ut qui de meritorum qualitate diffidimus, non judicium tuum in repentina morte nostra, sed indulgentiam tuam sentiamus. Per Dominum.*

Dein quinque Pater et Ave in honorem passionis Domini et ter Ave in honorem doloris B. M. V.

Meditatio pro Feria V.

De Passione et Morte Domini nostri Jesu Christi.

1. Considera. „Christus factus est obediens usque ad mortem, mortem autem crucis.“ Et bajulans sibi crucem exivit Jesus in eum, qui dicitur Calvariae, locum, ubi crucifixerunt eum, et cum eo alios duos hinc et hinc, medium autem Jesum.“ Joan. 19. Admirare anima christiana! obedientiam Redemptoris tui, qui dixit: „Meus cibus est, ut faciam voluntatem Patris mei.“ Et in Oliveto: „Non mea, sed tua fiat voluntas!“ deinde dabat manus et pedes ad crucifigendum, sane obedivit Patri sicut filius dilectus pro mundi redemptione usque ad mortem in cruce, ubi exclamavit: „Consummatum est.“ Considera Christi paupertatem, filii Dei a partu in stabulo Bethlehemii usque ad crucem, quare de se ipse dicere potuit: „Vulpes habent foveas, et volucres coeli nidos, Filius autem hominis non habet, ubi caput reclinet.“ Luc. 9, 58. Considera integerrimam ejus innocentiam, „Quis ex vobis arguet me de peccato?“ interrogat Judaeos. Pilatus declarat: „Innocens ego sum a sanguine Justi hujus,

vos videritis!“ ego nullam invenio in eo causam mortis“ deinde lavat manus suas. Judas tandem principibus sacerdotum dicit: „Peccavi, tradens sanguinem justum.“ „Et projectis argenteis in templo recessit et abiens laqueo se suspendit.“ — Gratias age anima sacerdotis! Deo, pro passione et morte Jesu Christi, filii sui unigeniti, et genuflexus adora redemtorem tuum. —

2. Considera dolores Christi crucifixi in corpore inexplicabiles. „Vere languores nostros ipse tulit et dolores nostros ipse portavit.“ „Ecce agnus Dei, qui tollit peccata mundi.“ Admirare ejus dolores in anima, mortis anxietatem in Oliveto, divinitatis suae despectionem, Judaeorum caecitatem et obstinationem, multorum christianorum ingratitudinem, dein derelictam a Patre ipsius animam. Cum contrito corde et grato animo dic: „Sic Deus dilexit mundum, ut filium suum unigenitum daret, ut omnis, qui credit in eum, non pereat, sed habeat vitam aeternam.“ —

3. Considera septem verba Christi in cruce: 1. „Pater dimitte illis, non enim sciunt, quid faciunt.“ 2. „Deus meus, Deus meus, ut quid dereliquisti me?“ 3. Amen dico tibi: „Hodie mecum eris in paradiso.“ 4. „Mulier, filius

tuus!“ „Ecce, mater tua!“ 5. „Sitio.“ 6. „Consummatum est.“ 7. „Pater, in manus tuas commendo spiritum meum!“ Et haec dicens exspiravit. — Considera fructum redemtionis pro universo mundo et pro te; respice peccata tua levia et gravia, elicias contritionem veram et perfectam, renova propositum, grato animo Salvatori tuo serviendi in sua Ecclesia usque ad mortem, pro morte ipsius gratias agendi quotidie et ex tota anima ipsum diligendi, quia te prius dilexit. —

Oratio s. Augustini.

Deus, qui pro redemptione mundi voluisti nasci, circumcidi, a Judaeis reprobari, a Juda traditore osculo tradi, vinculis alligari, sicut agnus innocens ad victimam duci, atque conspectibus Annae, Caiphae, Pilati et Herodis indecenter offerri, a falsis testibus accusari, flagellis et opprobriis vexari, sputis conspui, spinis coronari, colaphis caedi, arundine percuti, facie velari, vestibus exui, cruci clavis affigi, in cruce levari, inter latrones deputari felle et aceto potari, et lancea vulnerari: Tu, Domine, per has sanctissimas poenas tuas, quas ego indignus recolo, et per sanctam crucem et mortem tuam libera me a poenis

inferni, et perducere dignatus es, quo perduxisti latronem tecum crucifixum: Qui cum Patre et Spiritu sancto vivis et regnas in saecula saeculorum. R. Amen.

V. Gratias agimus tibi Domine Jesu Christe! et benedicimus tibi. R. Quia per crucem et passionem tuam redemisti mundum. Miserere nobis.

Meditatio pro Feria VI.

De Imitatione Domini nostri Jesu Christi.

1. *Considera*: Redemptor noster dicebat discipulis suis: „Si quis vult venire post me, abneget semetipsum, tollat crucem suam quotidie et sequatur me. Ubi ego sum, ibi et minister meus erit.“ Memor esto: Cum Episcopus imponendo te ordinavit ad presbyteratum dicebat: „Accipe jugum Domini, jugum enim ejus suave est et onus leve. Accipe potestatem offerre sacrificium Deo, Missasque celebrare tam pro vivis, quam pro defunctis. In nomine Domini.“ Amen. Recogita, quod, si in celebranda Missa ante consecrationem super oblata tenes manus expansas, significes te cum Christo

sacrificium Patri offerenti te ipsum consociare et conformari velle; h. e. te in tuo sancto sacerdotio pro Deo pati et mori paratum esse, Christo conformari in omnibus desiderare. — Stationem triplicem frequentavit in spiritu quidam Sanctus ante contritionem de peccatis 1) ad Christum crucifixum in Calvaria; 2) ad inferni damnatos; 3) ad suae mortis locum sive sepulturam; age et tu ante sanctam Missam, ut diutinam habeas contritionem perfectam in Altari Dei. —

2. Considera. Vanitas vanitatum et omnia vanitas praeter amare Deum et illi soli servire. Esto pauper et humilis, castus et obediens Ordinario tuo et tu invenies pacem et requiem pro anima tua sacerdotali. Curre hic vel ibi: non invenies quietem, nisi in humili subjectione sub praelati regimine.

3. Considera. Qui abnegat semetipsum, tollit crucem et Jesum sequitur, non timebit aliquando ab auditione aeternae damnationis. Quid igitur times tollere crucem, per quam ibis ad vitam aeternam? In cruce salus, in cruce vita, in cruce protectio ab hostibus, in cruce infusio supernae suavitatis, in cruce robur mentis, in cruce gaudium spiritus, in cruce

summa virtutis, in cruce perfectio sanctitatis. Non est salus animae, nec spes aeternae vitae, nisi in cruce. Tolle ergo crucem tuam et sequere Jesum, et ibis in vitam aeternam.“ Recogita: Patientia in passione tribulationum cum humilitate in animo et intimo corde servata est veri christiani indicium et notitia sincera probi sacerdotis. In patientia tua possidebis animam salvatam in hoc fallaci mundo et veritas manet; quoniam per multas tribulationes oportet nos intrare in regnum Dei.

Fide Deo, dic saepe preces, peccare cave; Sis humilis, dilige pacem, magna fuge. Multa audi, dic pauca, tace secreta. Minori parcito, majori credito, ferto parem. Propria fac, non differ opus. Sis aequus egeno, pacta tuere; pati disce. Memento mori.

Ad Jesum oratio.

Suscipe Domine, universam meam libertatem. Accipe memoriam, intellectum, atque voluntatem omnem. Quidquid habeo, vel possideo mihi largitus es: id tibi totum restituo, ac tuae prorsus voluntati trado gubernandum. Amorem tui solum cum gratia tua mihi dones, et dives sum satis, nec aliud quidquam ultra posco.

In Feria VI. Altera Meditatio.

De Divinitate Jesu Christi.

„Gratias agentes Deo Patri, . . . qui eripuit nos de potestate tenebrarum, et transtulit in regnum Filii dilectionis suae, in quo habemus redemtionem per sanguinem ejus, remissionem peccatorum, qui est imago Dei invisibilis, Primogenitus omnis creaturae; quoniam in Ipso condita sunt universa in coelis et in terra, visibilia et invisibilia, sive throni, sive dominationes, sive principatus, sive potestates, omnia per ipsum, et in ipso creata sunt; et ipse est ante omnes, et omnia in ipso constant.“ S. Paulus ad Col. 1, 12.

1. Considera in spiritu verae fidei, quae est gratia Dei et radix omnis justificationis, admirabile mysterium incarnationis Jesu Christi; adspice Jesum infantulum in praesepio stabuli Bethlehemii, claritas Dei regionem circumfulsit, Maria cum Josepho et pastoribus adorat Jesum sicut Messiam; angelorum chorus cantat: *) „Gloria in excelsis Deo et in terra pax homi-

*) Luc. 2, 9.

nibus bonae voluntatis." Deinde in Jordane percipe vocem de coelo factam: *) „Tu es filius meus dilectus, in te complacui mihi," quae repetita verba in monte Taboris ab Apostolis audiuntur, ubi Jesus coram Petro, Jacobo et Joanne transfiguratus est, ecce apparuerunt Moyses et Elias loquentes cum Jesu, facies ejus resplenduit sicut sol, vestimenta autem ejus facta sunt sicut nix." **) Lazarum jam foetidum quatriduanum resuscitavit ex monumento Jesus, dicens voce magna: „Lazare veni foras!" Et statim prodiit, qui fuerat mortuus." Tandem intra ad sepulchrum Christi, ecce terrae motus est magnus, angelus enim Domini descendit de coelo et accedens revolvit lapidem, et sedebat super eum ... dixit mulieribus: ***) „Nolite timere vos, scio enim, quod Jesum, qui crucifixus est, quaeritis. Non est hic, surrexit enim, sicut dixit, venite et videte locum, ubi positus erat Dominus." — Confirma te in fide, doctrina et persuasione de divinitate Jesu Christi, et dic cum Thoma: „Dominus meus et Deus meus!" et cum Petro: „Domine, ad quem ibimus, verba vitae aeternae habes et nos cre-

*) Matth. 17, 3. **) Joan. 11, 43. ***) Matth. 28, 2.

dimus et cognovimus, quia tu es Christus, filius Dei." — Omnes haeretici, qui Jesu Christi divinitatem abnegaverunt, doctrinae et praeceptis Salvatoris vitam moresque conformare nolebant, hac de causa non crediderunt. „Hoc est autem judicium, quia lux venit in mundum, et dilexerunt homines magis tenebras, quam lucem, erant enim eorum mala opera."

2. Considera. Coram summo pontifice Caipha dicit Jesus: „se esse Christum, Dei filium," „amodo videbitis filium hominis sedentem a dexteris virtutis Dei et venientem in nubibus coeli." Exclamant autem Judaei: „reus est mortis," ducebant ad Pilatum, Jesum; ut eum mortis condemnaret, deinde crucifixerunt eum milites cum latronibus. — Ecce nunc meditare de duobus vexillis, quorum uno Jesus sub crucis vexillo fideles suos electos ad coelum ducit; altero vero, sub quo vexillo rebellionis et mendacii, Satanas suos deceptos trahit ad infernum; ergo dic: utrum tu eliges?

3. Considera. In die novissimo veniet Jesus cum vexillo suae crucis, judicare vivos et mortuos, in nubibus coeli angelis comitantibus in majestate sua: „Tuba mirum spargens

sonum per sepulchra regionum, coget omnes ante thronum? Mors stupebit et natura, cum resurget creatura, judicanti responsura!“ electis dicet: „Venite benedicti patris mei, possidete paratum vobis regnum a constitutione mundi;“ tunc illis, qui a sinistris erunt: „Discedite a me maledicti in ignem aeternum, qui paratus est diabolo et angelis ejus.“ Et ibunt hi in supplicium aeternum, justi autem in vitam aeternam. — Deo omnipotenti gratias age pro dono verae fidei in Ecclesia romana catholica, extra quam non est salus; confirma te in spe certa et charitate perfecta erga Deum et proximum; ut sub cruce Domini maneas ac perseveres usque ad mortem in omni humilitate et timore; donec tibi mitis atque festivus Christi Jesu aspectus appareat, et liberet te ab aeterna morte, qui pro te mori dignatus est, atque inter oves suas te verus ille pastor animarum agnoscat, et ad coelum inter electos suos perducat. ℟. Amen.

Oratio.

Omnipotens sempiterne Deus, da nobis fidei, spei et charitatis augmentum: et ut mereamur assequi, quod promittis, fac nos amare, quod praecipis. Per Dominum.

Meditatio in Sabbato.

De Veneratione Beatissimae Mariae Virginis.

1. Considera. Maria laudatur et invocatur ab Ecclesia catholica, dum erat sancta Dei genitrix et mater Christi sub nomine excelso: „Mater divinae gratiae! Causa nostrae laetitiae! Janua coeli! Refugium peccatorum! Consolatrix afflictorum! Auxilium Christianorm! et Regina sine labe originali concepta!“ Ipsa ergo merito appellatur Mater et sponsa sacerdotum, cui Deus nullam petitionem pro sacerdote humili recusat.

2. *Considera.* „Per Mariam Deus dat omnia sua dona filiis hominum;“ quisnam enume rare posset animas fidelium, certe etiam sacerdotum, quas peccatis et laqueis diaboli, cunctis periculis adversitatibusque hujus saeculi ereptas, conversione mirabiliter peracta, devicta morte et diaboli potestate, ad thronum gratiae et gloriae Christi, Filii dilecti sui adjuverat? Maria est janua coeli, refugium peccatorum! Haec testantur documenta et celeberrima templa in honorem ipsius erecta e. g. Laureti, Einsi-

deiae, Bethlehemiae, imo universae terrae. Quem salvatum vult videre in coelo, hunc adjuvat peccata dolere, mundum relinquere, Christi crucem tollere et per statum gratiae in mortis hora ad coelum, civium sanctorum patriam transire; quia ipsa est Virgo potens et clemens, mater misericordiae, mediatrix electorum ad dexteram Christi regnantis in coelo. Sane est patrona castitatis sacerdotalis; et si a teneris annis, intercedente Matre gratiae, hanc angelicam virtutem conservasti, gratias age Deo ac Mariae, et affer tuam vestem nuptialem ad tribunal Christi.

3. *Considera.* Maria est praeclara et eximia stella coeli, micans meritis, illustrans exemplis. O quisquis te intelligis in hujus saeculi profluvio magis inter procellas, et tempestates fluctuare, quam per terram ambulare: ne avertas oculos a fulgore hujus sideris, si non vis obrui procellis! Si insurgant venti tentationum, si incurras scopulos tribulationum, respice Stellam, voca Mariam! Si jactaris superbiae undis, si ambitionis, si detractionis, si aemulationis, respice Stellam, voca Mariam! Si iracundia, aut avaritia, aut carnis

illecebra naviculam concusserit mentis, respice ad Mariam! Si criminum immanitate turbatus, conscientiae foeditate confusus, judicii horrore perterritus, barathro incipias absorberi tristitiae, desperationis abysso, cogita Mariam! In periculis, in angustiis, in rebus dubiis Mariam cogita, Mariam invoca! Non recedat ab ore, non recedat a corde; et, ut impetres ejus orationis suffragium, non deseras conversationis exemplum. Ipsam sequens non devias, ipsam rogans non desperas, ipsam cogitans non erras, ipsa tenente non corruis, ipsa protegente non metuis, ipsa duce non fatigaris, ipsa propitia pervenis; et sic in temetipso experiris, quam merito dictum sit: Et nomen Virginis Maria." — (S. Bernardus.)

℣. O Maria sine labe originali concepta.

℟. Ora pro nobis, qui ad te confugimus.

1. Pro me pete, ut quiete * Sempiterna perfruar: * Ne tormentis comburentis * Stagni miser obruar.

2. Quod requiro, quod suspiro * Mea sana vulnera, * Et da menti te poscenti * Gratiarum munera.

3. Ut sim castus et modestus * Dulcis blandus, sobrius, * Pius, rectus, circumspectus * Simultatis nescius.

4. Eruditus et munitus * Divinis eloquiis: * Timoratus et ornatus * Sacris exercitiis.

5. Corde prudens ore studens * Veritatem dicere: * Malum nolens, Deum colens * Pio semper opere.

Oremus.

O dulcissima Jesu Mater, Virgo Maria, Patrona mea, visceribus misericordiae plena! succurre mihi misero peccatori, antequam mors subitanea et improvisa superveniat, ne inparatus de hoc mundo transeam. Ora pro me, Maria Virgo benedicta, per unigeniti Filii tui passionem et mortem amarissimam; ut peccati detestatione, diaboli et operum ejus abrenunciatione, vera contritione, pura et humili confessione, poenitentia et satisfactione, digna sacrosancta Eucharistiae sumptione et sancta olei perceptione Filio tuo reconciliatus de hoc mundo transeam. Et fac mecum misericordiam tuam, o beatissima Virgo Maria, Mater Dei, in illa tremenda hora, quando spiritus vitales deficient, et mortua lingua se nequibit movere ad invocandam te: memor esto tunc, o Maria!

precum, quas nunc fundo ad aures tuae pietatis, et subveni mihi in illa ultima hora necessitatis meae, ut liberer a ministris diaboli et collocer cum Christi fidelibus, Filii tui servis et amicis. ℟. Amen.

Quotidiana Visitatio sanctissimi Sacramenti*).

Mi Domine Jesu Christe! qui ex charitate erga nos homines in hoc Sacramento mirabili die noctuque praesens ades et omnino plenus amore ac bonitate exspectas, vocas et recipis omnes, te visitandi causa hic advenientes; ego credo, te vere praesentem adesse in hoc ss. Sacramento. Adoro te ex profundo inanitatis meae gratias agens tibi pro tot gratiae donis mihi praestitis; imprimis, quia te ipsum mihi dedisti in hoc divino mysterio, mihi tuam beatissimam Matrem sicut mediatricem donasti et vocasti me, ut te visitem in hac ecclesia. Ego saluto nunc cor tuum amabile in trino hoc consilio: 1) in gratiarum actionem pro tanta gratia et hoc praeclaro beneficio; 2) in remuneratio-

*) Ex s. Ligorio

nem omnium indignitatum contumeliarumque, quae tibi ab infidelibus, haereticis et impiis catholicis injectae fuerunt; 3) desidero per visitationem meam in omnibus iis locis, sub terra te adorare, in quibus hoc sacramento venerabili sine honoribus et omnino derelictus praesens ades. Mi Jesu! diligo te ex toto corde, doleo, quia benignitati tuae infinitae tantam displicentiam adhuc praebui, praepositum nunc firmum, gratia tua adjuvante, facio, te nunquam offendendi; pro praesenti vero devoveo et offero ego miser homo me tibi cum tota voluntate, omnibus animi inclinationibus et concupiscentiis, una cum toto, quid sum vel habeo. Ab hinc age mecum et subditis meis ad beneplacitum tuum; nil quaero, nil cupio, quam tuam sanctam dilectionem et perseverantiam meam in bonis operibus usque in finem per merita crucis et passionis tuae, et plenam atque perfectam divinae voluntatis tuae impletionem. Tibi commendo etiam animas fidelium in purgatorio detentas, praesertim eas, qui cum devotione praecipua huic sanctissimo sacramento et Matri tuae immaculatae in vita se dederunt; etiam deprecor pro omnibus peccatoribus, ut iis miserearis. Tandem socio mi carissime

Salvator! omnia mea desideria et suspiria cum suavitatibus tui amabilis cordis, et ita consocio et offero ea tuo Patri coelesti et obsecro eum per sanctissimum nomen tuum, ut ex amore erga te ea accipere et exaudire dignetur. Amen.

Litaniae de Venerabili Sacramento.

Kyrie eleison. Christe eleison. Kyrie eleison.
Christe audi nos. Christe exaudi nos.
Pater de coelis Deus, Miserere nobis!
Fili Redemtor mundi Deus,
Spiritus sancte Deus,
Sancta Trinitas, unus Deus,
Panis vivus, qui de coelo descendisti,
Deus absconditus et Salvator,
Frumentum electorum,
Vinum germinans Virgines,
Panis pinguis et deliciae regum,
Juge sacrificium,
Oblatio munda,
Agnus absque macula,
Mensa purissima,
Angelorum esca,

Miserere nobis!

Manna absconditum, Miserere nobis!
Memoria mirabilium Dei,
Panis super substantialis,
Verbum caro factum, habitans in nobis,
Hostia sancta,
Calix benedictionis,
Mysterium fidei,
Praecelsum et venerabile Sacramentum,
Sacrificium omnium sanctissimum,
Sacrificium vere propitiatorium pro vivis et defunctis,
Coeleste antidotum, quo a peccatis praeservamur,
Stupendum supra omnia miraculum,
Sacratissima Dominicae Passionis commemoratio,
Donum transcendens omnem plenitudinem,
Memoriale praecipuum divini amoris,
Divinae affluentia largitatis,
Sacrosanctum et augustissimum mysterium,
Pharmacum immortalitatis,
Tremendum ac vivificum Sacramentum,
Panis omnipotentia Verbi caro factus,
Incruentum Sacrificium,
Cibus et conviva,

Miserere nobis!

Dulcissimum convivium, cui assistunt Angeli ministrantes, Miserere nobis!
Sacramentum pietatis,
Vinculum charitatis,
Offerens et oblatio,
Spiritualis dulcedo in proprio fonte degustata,
Refectio animarum sanctarum,
Viaticum in Domino morientium,
Pignus futurae gloriae,

Miserere nobis!

Propitius esto, Parce nobis Domine!
Propitius esto, Exaudi nos Domine!
Ab indigna Corporis et Sanguinis tui susceptione, Libera nos Domine!
A concupiscentia carnis,
A concupiscentia oculorum,
A superbia vitae,
Ab omni peccandi occasione,
Per desiderium illud, quo hoc Pascha cum discipulis manducare desiderasti,
Per summam humilitatem, qua discipulorum pedes lavisti,
Per ardentissimam charitatem, qua hoc divinum Sacramentum instituisti,
Per Sanguinem tuum pretiosum, quem nobis in Altari reliquisti,

Libera nos Domine!

Per quinque vulnera hujus tui Corporis sacratissimi, quae pro nobis suscepisti, Libera nos Domine!

Peccatores, Te rogamus audi nos!

Ut nobis parcas,
Ut nobis indulgeas,
Ut nobis fidem, reverentiam et devotionem hujus admirabilis Sacramenti augere, et conservare digneris,
Ut ad frequentem usum Eucharistiae per veram peccatorum confessionem nos perducere digneris,
Ut nos ab omni haeresi, perfidia ac cordis caecitate liberare digneris,
Ut sanctissimi hujus Sacramenti pretiosos et coelestes fructus nobis impertiri digneris,
Ut in hora mortis nostrae hoc coelesti viatico nos confortare et munire digneris,
Fili Dei,

Te rogamus, audi nos!

Agnus Dei, qui tollis peccata mundi, Parce nobis Domine!

Agnus Dei, qui tollis peccata mundi, Exaudi nos Domine!

Agnus Dei, qui tollis peccata mundi, Miserere nobis!
Christe audi nos. Christe exaudi nos.
Kyrie eleison. Christe eleison. Pater noster etc.
℣. Et ne nos inducas in tentationem.
℟. Sed libera nos a malo.
℣. Panem de coelo praestitisti eis.
℟. Omne delectamentum in se habentem.
℣. Domine exaudi etc.
℟. Et clamor meus etc.

Oremus.

Deus, qui nobis sub Sacramento mirabili passionis tuae memoriam reliquisti, tribue quaesumus, ita nos Corporis et Sanguinis tui sacra mysteria venerari, ut Redemtionis tuae fructum in nobis jugiter sentiamus. Qui vivis et regnas etc. ℟. Amen.

Exercitium Communionis spiritualis.

Mi Jesu! ego credo, te praesentem adesse in ss. Sacramento. Amo te supra omnia, ex hoc amore doleo omnia peccata mea, in aeternum nolo amplius peccare. Desidero Te in anima mea praesentem habere; dum mihi autem nunc non praestitum est, te essentialiter assumere, peto ut venias saltem spiritualiter per

tuam gratiam in cor meum, quod te usque ad ultimum halitum amabit. Complector te, o Jesu! quasi praesentem in me et consocio animam meam una tecum plane. Non sinas, ut a te unquam recedam aut separem me. Mane mecum in hoc exilio donec ego aliquando in coelo, patria mea advenerim, vultum tuum divinum aspiciens cum omnibus sanctis tuis per saecula. Amen.

Veneratio quotidiana Beatissimae Virginis, Matris sacerdotum.

Sanctissima et immaculata Virgo, carissima Mater mea! ad te, Matrem Salvatoris mei, reginam mundi, mediatricem, spem ac refugium peccatorum, ego omnium miserrimus, hodie confugio. Ante te genuflecto, coeli Regina! cum profundissima veneratione et reverentia gratias tibi agens pro tot usque ad hanc horam beneficiis mihi praestitis, praecipue, quod jam saepe per intercessionem tuam ab inferno ob peccata multa mea satis merito me eripuisti. Ego diligo te, o amantissima Domina! et ex amore erga te propositum facio, tibi omni loco et tempore servire etiam pro viribus adjuvare,

ut ab aliis diligaris. Omnem spem, imo salutem meam totam secundum Deum in te ego pono. Utinam me suscipias servum tuum atque sub tuum patrocinium et praesidium o mater misericordiae me recipias. Quia tu omnia vales apud Deum, eripe me ab omnibus tentationibus, aut mihi saltem robur supplica, eas usque ad finem vitae meae devincendi. Desidero a te veram dilectionem erga Jesum et per potentem intercessionem tuam et praesidium tuum felicem spero ego mortem. Dilectissima Mater mea, deprecor te per tuum amorem erga Deum, ut mihi semper assistas, praesertim vero in ultimo illo momento vitae meae! Ne derelinquas me Mater misericordiae! tamdiu me nondum felicem in coelis aspicies, ut te secundum Deum benedicam atque laudem aeterne duraturam tibi cantare valeam. Ita spero, ita sit. —

O clemens, o pia, o dulcis Virgo Maria! Converte ad me miserum oculos tuos misericordes et exaudi me, et intercede pro me ad Dominum nostrum Jesum Christum, Filium tuum, ut non peream sed habeam vitam aeternam. Amen.

Deinde recita Litanias Lauretanas pag. 40. postea:

Oremus.

Concede nos famulos tuos, quaesumus, Domine Deus, perpetua mentis et corporis sanitate gaudere: et gloriosa beatae Mariae semper Virginis intercessione a praesenti liberari tristitia, et aeterna perfrui laetitia.

Deus, qui per immaculatam Virginis Conceptionem dignum Filio tuo habitaculum praeparasti, quaesumus; ut, qui ex morte ejusdem Filii tui praevisa, eam ab omni labe, praeservasti: nos quoque mundos, ejus intercessione ad te pervenire concedas. Per eumdem Christum Dominum nostrum e. c. ℟. Amen.

In casu impedito, ubi examen conscientiae non fuerit in temp. matutino (vide pag. 5), fiat nunc. Quo expleto dic ter Pater et Ave, postea, ut infra:

℣. Agnus Dei, qui tollis peccata mundi.
℟. Parce nobis Domine.
℣. Agnus Dei etc. ℟. Exaudi nos Domine.
℣. Agnus Dei etc. ℟. Miserere nobis.

Oremus.

Ineffabilem nobis, Domine, misericordiam tuam clementer ostende: ut simul nos et a peccatis omnibus exuas, et a poenis, quas pro

his meremur, eripias. Per Christum Dominum nostrum. ℟. Amen.

Ad finem annualium Exercitiorum.

Coram exposito ss. Sacramento.

„Te Deum laudamus." (Vide pag. 188.)

℣. Benedicamus Patrem et Filium cum sancto Spiritu.

℟. Laudemus et superexaltemus eum in saecula.

℣. Confirma hoc Deus, quod operatus es in nobis.

℟. A templo sancto tuo, quod est in Jerusalem.

Oremus.

Omnipotens sempiterne Deus etc., *Vide pag.* 230.

Deus, cujus misericordiae etc. *Vide pag.* 231.

Deus qui nobis sub Sacramento etc. *Vide pag.* 230.

Da, quaesumus, Ecclesiae tuae misericors Deus, ut sancto Spiritu congregata hostili nullatenus incursione turbetur.

Deus, qui neminem in te sperantem nimium affligi permittis, sed pium precibus praestas auditum: pro postulationibus nostris, votisque

susceptis gratias agimus, te piissime deprecantes, ut a cunctis semper muniamur adversis. Qui vivis et regnas in saecula saeculorum. ℟. Amen.

℣. Divinum auxilium.

Defensor (ter). Genitori (s. Bened.).

Hymnus s. Thomae de Aquino.

1. *Adoro te devote, latens Deitas * Quae sub his figuris vere latitas: * Tibi se cor meum totum subjicit, * Quia te contemplans, totum deficit. * Visus, tactus, gustus in te fallitur, * Sed auditu solo tuto creditur. * Credo quidquid dixit Dei filius, * Nil hoc verbo veritatis verius.*

2. *In cruce latebat sola Deitas, * At hic latet simul et humanitas: * Ambo tamen credens, atque confitens, * Peto quod petivit latro poenitens. * Plagas, sicut Thomas, non intueor, * Deum tamen meum te confiteor. * Fac me tibi semper magis credere, * In te spem habere, te diligere. * O memoriale mortis Domini, * Panis vivus, vitam praestans homini! * Praesta meae menti de te vivere, * Et te illi semper dulce sapere.*

3. *Pie Pellicane Jesu Domine! * Me immundum munda tuo sanguine: * Cujus una stilla salvum facere * Totum mundum quit ab*

*omni scelere. * Jesum, quem velatum nunc aspicio, * Oro, fiat illud, quod tam sitio: * Ut te revelata cernens facie, * Visu sim beatus tuae gloriae. Amen.*

Modus alius visitandi ss. Sacramentum.

Litaniae de ss. Nomine Jesu.

Kyrie eleison. Christe eleison. Kyrie eleison.
Christe audi nos. Christe exaudi nos.
Pater de coelis Deus, Miserere nobis!
Filii Redemptor mundi Deus,
Spiritus Sancte, Deus,
Sancta Trinitas unus Deus,
Jesu Filii Dei vivi,
Jesu Fili David,
Jesu Fili Mariae Virginis,
Jesu sanctissime,
Jesu potentissime,
Jesu fortissime,
Jesu perfectissime,
Jesu gloriosissime,
Jesu mirifice,
Jesu jucundissime,
Jesu carissime,
Jesu clarior sole,
Jesu pulchrior luna,

Miserere nobis!

Jesu splendidior stellis,
Jesu admirabilis,
Jesu delectabilis,
Jesu honorabilis,
Jesu humillime,
Jesu pauperrime,
Jesu mitissime,
Jesu patientissime,
Jesu obedientissime,
Jesu castissime,
Jesu amator castitatis,
Jesu amator pacis,
Jesu amor noster,
Jesu speculum vitae,
Jesu exemplar virtutum,
Jesu decus morum,
Jesu zelator animarum,
Jesu refugium nostrum,
Jesu pater pauperum,
Jesu consolatio afflictorum,
Jesu thesaurus fidelium,
Jesu gemma pretiosa,
Jesu armarium perfectionis,
Jesu bone pastor ovium,
Jesu stella maris,
Jesu lux vera,

Miserere nobis!

Jesu sapientia aeterna,
Jesu bonitas infinita,
Jesu gaudium Angelorum,
Jesu rex Patriarcharum,
Jesu inspirator Prophetarum,
Jesu magister Apostolorum,
Jesu doctor Evangelistarum,
Jesu fortitudo Martyrum,
Jesu lumen Confessorum,
Jesu sponse Virginum,
Jesu corona Sanctorum omnium,

Miserere nobis!

Propitius esto, parce nobis Jesu!
Propitius esto, exaudi nos Jesu!
Ab omni malo, Libera nos Jesu!
Ab omni peccato,
Ab ira tua,
Ab insidiis diaboli,
A peste, fame et bello,
A transgressione mandatorum tuorum,
Ab incursu omnium malorum,
Per incarnationem tuam,
Per adventum tuum,
Per nativitatem tuam,
Per circumcisionem tuam,
Per dolores tuos,
Per flagella tua,

Libera nos Jesu!

Per mortem tuam,
Per resurrectionem tuam,
Per ascensionem tuam,
Per gaudia tua,
Per gloriam tuam,
Per dulcissimam Virginem Matrem tuam,
Per intercessionem omnium Sanctorum tuorum,
Libera nos Jesu!

Agnus Dei, qui tollis peccata mundi, Parce nobis Jesu!

Agnus Dei, qui tollis etc. Exaudi nos Jesu!

Agnus Dei, qui tollis etc. Miserere nobis Jesu!

Jesu Christe audi nos. Jesu Christe exaudi nos.

Kyrie eleison. Christe eleison. Kyrie eleison.

Pater noster etc. ℣. Et ne nos etc. ℟. Sed libera.

Oremus.

Deus, qui gloriosissimum nomen Domini nostri Jesu Christi unigeniti Filii tui fecisti fidelibus tuis summo suavitatis affectu amabile, et malignis spiritibus tremendum atque terribile; concede propitius, ut omnes qui hoc nomen Jesu devote venerantur in terris, sanctae consolationis dulcedinem in praesenti percipiant, et in futuro gaudium exultationis et intermi-

nabilis jubilationis obtineant in coelis. Per eumdem Christum Dominum nostrum.
℟. Amen.

Ordo vitae sacerdotalis.

1) *Exercitiis Spiritualibus quotannis vaca.*

Per aliquot dies, sive domi, sive alibi ad resuscitandam et renovandam sacerdotii gratiam, spiritualibus exercitiis in pio secessu nisi pluries per annum, saltem Mense Octobri vaca. O dies piae solitudinis, nunquam satis aestimandi, quibus promisit Spiritus Sanctus se ad cor fidelis animae Sacerdotis locuturum! O dies totius vitae diebus praestantiores et commendabiliores, ad salutem operandam efficaciores, quosque totius vitae fuisse dies forte aliquando exoptas! In illa pia solitudine confessioni extraordinariae da operam, ordinatum vitae genus nunc suscipe, aut susceptum renova; testamentum bene confice, aut confirma.

2) *Promissa Baptismatis et vota clericalia renova.*

Promissa Baptismatis, sponsiones Tonsurae clericalis, Sacerdotii munera recognosce, et

accuratius adimplenda tibi propone. „*Abrenuntio tibi Satana* . . . *Adhaereo tibi Christe!* . . „*Dominus pars hereditatis meae et calicis mei*" etc. „Sacerdotes tui induantur justitiam."

3) Morbos christiane suffer.

Si in morbum incideris, cave, ne simul cum corpore anima aegrotet. Non plus, quam par est, arti medicorum confide, sed magis divinae voluntati obtempera. „Cum infirmor," ait s. Paulus, „tunc potens sum: virtus in infirmitate perficitur." Valetudine nova se confirmante, ad tua officia adimplenda novum animum concipe cum hilaritate et spe firma in Deum.

Sacramenta exeuntium opportune recipe, si Deus monet in conscientia tua finem adesse vitae, vel appropinquare horam mortis; sine mora totum te Deo in aeternum vove per contritionem et charitatem perfectam. Si Deo dante, non praecipiti morte abripiaris, sed si contigerit te mentis et rationis compotem, mortem venientem videre: (quamvis saepe citius quam putatur adveniat, „*certa mors, incerta hora*", „nescit homo finem suum." Eccl. 9, 12.): sacramenta Ecclesiae tempore opportuno postula, et summa cum devotione, ac astantium

aedificatione recipe. Ad instar sacrificii Christi pro te in cruce oblati, te totum, totaque tua in sacrificium boni odoris sanctissimae Trinitati in aeternum vove, offer, consecra, immola. Consulitur proinde, ut imaginem Crucifixi assidue ad manum habeas ad solatium et devotionem cordis tui. Variarum virtutum actus, praecipue fidei, spei, charitatis, contritionis, patientiae, divinae voluntati subjectionis, tentationum rejectionis frequenter, quam potes elice. Mala daemonum astutia certe in duos salutis scopulos saepe impellimur: per vitam nimis confisi, de salute praesumimus; in morte nimis abjecti, de salute pene desperamus. Contra hos daemonum astus per vitam cum metu et tremore salutem operemur; et in extremis positi per infinita Christi merita in bona salutis spe roboremur et confirmemur. Per crucem ad salutem modo in Christo. Sub invocatione sanctissimi Nominis Jesu pius sacerdos e vita bene transibit ad patriam. Ita det Deus! —

In manus tuas, Domine, commendo spiritum meum. Domine Jesu Christe, suscipe spiritum meum. Sancta Maria, ora pro me! Maria, mater gratiae, mater misericordiae! tu me ab hoste protege, et hora mortis suscipe. —

Devotiones privatae.

Pro Feria VI. temp. quadragesimali*).

Post coenam ad Meditationem.

Ante Crucifixum genuflexus.

Oratio.

En ego, o bone et dulcissime Jesu, ante conspectum tuum genibus me provolvo ac maximo animi ardore te oro atque obtestor, ut meum in cor vividos fidei, spei et charitatis sensus atque veram peccatorum meorum poenitentiam eaque emendandi firmissimam voluntatem velis imprimere, dum magno animi affectu et dolore tua quinque vulnera mecum ipse considero, ac mente contemplor, illud prae oculis habens, quod jam in ore suo ponebat David propheta de te, o bone Jesu: „Foderunt manus meas et pedes meos; dinumeraverunt omnia ossa mea.“ Ps. 21.

Pia anima! praepara cor tuum Domino, conscientiam sollicite discutiendo, peccata com-

*) *Ex piis exercitiis Ordinis seraphici S. P. Francisci.*

missa cum lacrimis recogitando, humilique contritione veniam a Domino petendo, spiritum ab omnibus mundi curis segregatum, pura intentione ad Dominum dirigendo, per Christum Dominum nostrum. ℟. *Amen.*

Nunc examen conscientiae. Quo facto dices.

Ineffabilem nobis Domine, misericordiam tuam clementer ostende, ut simul nos a peccatis omnibus exuas, et a poenis, quas pro his meremur, eripias per Christum, Dominum nostrum. ℟. Amen.

Obsecro te, dulcissime Domine Jesu Christe, ut passio tua sit mihi virtus, qua muniar, protegar atque defendar; vulnera tua sint mihi cibus potusque, quibus pascar, inebrier atque delecter; aspersio sanguinis tui sit mihi ablutio omnium delictorum meorum, mors tua sit mihi gloria sempiterna. In his sit mihi refectio, exultatio, sanitas et dulcedo cordis mei. Qui vivis et regnas in saecula saeculorum. ℟. Amen.

Pia anima! Sit ante oculos cordis tui amarissimus ille Passionis et Mortis Domini nostri Jesu Christi dies, quando sol obscuratus est, et tenebrae factae sunt super terram ab hora sexta usque ad nonam. Et clama ad Dominum de profundis cum tremore, et miserebitur

tibi, quia misericors est, et non vult mortem peccatoris, sed ut magis convertatur et vivat per eumdem Christum Dominum nostrum. ℟. *Amen.*

Sanctus Deus, sanctus Fortis, Sanctus et Immortalis! miserere nobis. Propitius esto, parce nobis Domine. Ab omni peccato et insidiis diaboli, libera me Domine. A subitanea et improvisa morte, a morte perpetua, libera me Domine. Postea: Miserere pag. 163. De profundis pag. 18. Dein:

Christus factus est pro nobis obediens usque ad mortem, mortem autem crucis, propter quod et Deus exaltavit illum, et dedit illi nomen, quod est super omne nomen ut in nomine Jesu omne genu flectatur coelestium, terrestrium et infernorum, et omnis lingua confiteatur, quia Dominus noster Jesus Christus in gloria est Dei Patris.

Respice, quaesumus Domine, super hanc familiam tuam, pro qua Dominus noster Jesus Christus non dubitavit manibus tradi nocentium et crucis subire tormentum.

Hymnus

In honorem VII Dolorum B. M. V.

1. Stabat Mater dolorosa, * Juxta crucem lacrymosa, *Dum pendebat Filius. *Cujus animam gementem, *Contristatam et dolentem *Pertransivit gladius.

2. O quam tristis et afflicta *Fuit illa benedicta *Mater Unigeniti! *Quae moerebat et dolebat, * Pia Mater dum videbat * Nati poenas incliti.

3. Quis est homo, qui non fleret, *Matrem Christi, si videret * In tanto supplicio? * Quis non posset contristari, * Christi Matrem contemplari * Dolentem cum Filio?

4. Pro peccatis suae gentis *Vidit Jesum in tormentis * Et flagellis subditum: * Vidit suum dulcem Natum, *Moriendo desolatum, *Dum emisit spiritum.

5. Eja Mater, fons amoris! *Me sentire vim doloris, *Fac ut tecum lugeam. *Fac, ut ardeat cor meum, *In amando Christum Deum, * Ut sibi complaceam.

6. Sancta Mater! istud agas, * Crucifixi fige plagas *Cordi meo valide. *Tui Nati vulnerati,

*Tam dignati pro me pati, *Poenas mecum divide.

7. Fac me tecum pie flere, *Crucifixo condolere, *Donec ego vixero. *Juxta crucem tecum stare, *Et me tibi sociare *In planctu desidero.

8. Virgo virginum praeclara, *Mihi jam non sis amara: *Fac me tecum plangere. *Fac ut portem Christi mortem, *Passionis fac consortem, *Et plagas recolere.

9. Fac me plagis vulnerari, *Fac me cruce inebriari, *Et cruore Filii. *Flammis ne urar succensus, *Per te Virgo, sim defensus, *In die judicii.

10. Fac me Cruce custodiri, *Morte Christi praemuniri, *Confoveri gratia, *Quando corpus morietur, *Fac ut animae donetur *Paradisi gloria. Amen.

℣. Ora pro nobis Virgo dolorissima.
℟. Ut digni efficiamur promissionibus Christi.

Oremus.

Deus, in cujus Passione, secundum Simeonis prophetiam, dulcissimam animam gloriosae Virginis et Matris Mariae doloris gladius pertransivit: concede propitius, ut qui Transfixio-

nem ejus et Passionem venerando recolimus, gloriosis meritis et precibus omnium Sanctorum cruci fideliter adstantium intercedentibus, passionis tuae effectum felicem consequamur in morte. Qui vivis etc.

O clementissime Jesu, amator animarum! obsecro te per agoniam Cordis tui sanctissimi et per dolores Matris tuae immaculatae, lava in sanguine tuo peccatores totius mundi nunc positos in agonia et hodie morituros.

Cor Jesu in agonia factum! miserere morientium. Amen.

Interveniat pro nobis quaesumus Domine Jesu Christe, nunc et in hora mortis nostrae apud tuam clementiam Beata Virgo Maria, mater tua, cujus sacratissimam animam in hora tuae passionis, doloris gladius pertransivit. Qui cum Patre et Spiritu sancto vivis et regnas in saecula saeculorum. ℟. Amen.

Oremus pro sanctissimo Domino Papa N. Pater etc. Ave etc. Pro rege nostro N. Pater etc. Ave etc. Pro Reverendissimo Episcopo nostro N. Pater etc. Ave etc. Pro felice morte. Pater etc. Ave etc.

Hymnus.

Nunc dimittis servum tuum Domine * Secundum verbum tuum in pace.

Quia viderunt oculi mei: * Salutare tuum. * Quod parasti: * Ante faciem omnium populorum * Lumen ad revelationem gentium. * Et gloriam plebis tuae Israel. * Gloria etc.
℣. Domine exaudi orationem meam.

Oremus.

Clementissime Deus, qui contritorum non spernis affectum, adesto precibus nostris, quas tibi pro necessitatibus nostris effundimus, easque intercedente Jesu Christi crucifixi Filii tui Domine nostri passione clementer exaudi, misericordiam, quam supplices deprecamur, nobis tribue; abundantiam omnium bonorum spiritualium concede per gratiam sancti Spiritus, qui nos bene per omnia disponat, animam custodiat, corpus regat, mentem erigat, intellectum illustret, voluntatem imflammet, cogitationes sanctas instituat, mores componat, praeterita mala indulgeat, praesentia emendet, futura moderetur, delicta deleat, adversitatem repellat, vitam honestam, castam et exemplarem tribuat, fidem, spem, charitatem et in his per-

severantiam praestet, legis praecepta observare faciat, a tentationibus protegat, a mortalibus culpis liberet, et usque in finem defendat, orationes nostras pro quacumque tribulatione et necessitate porrectas exaudiat, et quidquid contra nos diabolicae atque humanae moliuntur adversitates, ad nihilum redigat et ab omnibus insidiis inimicorum nostrorum visibilium et invisibilium in vita et in morte tueatur, ut in gratia tua perseverantes hic et in coelis tecum vivere valeamus. Per eumdem Christum Dominum nostrum. ℟. Amen.

Oremus.

Visita, quaesumus Domine mundum hunc, quem verbo tuo mirabiliter creasti, et verbi incarnati passione misericorditer redemisti, et ejusdem unigeniti Filii tui passione intercedente, Ecclesiam tuam sanctam rege, guberna et exalta; ejus pastorem custodi, gregem tuam defende, principes christianos concordes effice, feritatem inimicorum sanctae fidei conprime, et pacem tuam nostris concede temporibus: ut fideliter tibi omnes gradus deserviant, purgentur errores, evellantur haereses, dissipentur idolatriae, convertantur peccatores, perseverent

usque in finem justi, flagella irae tuae, quae pro peccatis nostris meremur, averte; cunctis christianis, vivis et defunctis, pro quibus preces effundere tenemur, vel decrevimus, tua pietate succurre; vivis universis sempiterna bona retribue, et omnibus fidelibus defunctis requiem aeternam concede, intercedente Beata Maria Virgine et N. Patrono ecclesiarum Dioecesis nostrae per eumdem Christum Dominum nostrum. ℟. Amen.

℣. *Adoramus te Domine, Jesu Christe! et benedicimus tibi.*

℟. *Quia per s. crucem tuam redemisti mundum. Miserere nobis. Amen. Deinde ora et considera:*

Ante Crucifixum genuflexus.

Salve*) tremendum cunctis potestatibus caput Domini nostri Jesu Christi, pro nobis spinis coronatum et arundine percussum. Miserere nostri Domine! Miserere nostri!

Salve, pretiosissima Salvatoris nostri Jesu Christi facies, pro nobis sputis et alapis caesa. Miserere nobis!

---

*) Ex s. Augustino.

Salvete, benignissimi Domini Jesu Christi Salvatoris nostri oculi, pro nobis lacrymis perfusi. Miserere nobis!

Salve, mellifluum os, gutturque suavissimum Domini nostri Jesu Christi, pro nobis felle et aceto potatum. Miserere nobis!

Salvete aures nobilissimae Domini nostri Jesu Christi, pro nobis contumeliis et opprobriis affectae. Miserere nobis!

Salve collum humile Jesu Christi, pro nobis calaphizatum, dorsumque sanctissimum, pro nobis flagellatum. Miserere nobis!

Salvete, venerabiles Domini nostri Jesu Christi manus et brachia, pro nobis in cruce extensa. Miserere nobis!

Salve pectus mitissimum Domini nostri Jesu Christi, Salvatoris nostri, pro nobis in passione conturbatum. Miserere nobis!

Salve latus gloriosum Domini nostri Jesu Christi, pro nobis lancea militis perforatum. Miserere nobis!

Salvete Domini Jesu Christi Salvatoris nostri sacra misericordiae genua, pro nobis in orationibus flexa. Miserere nobis!

Salvete Domini Jesu Christi, Salvatoris nostri pedes ad orandi, pro nobis clavis affixi. Miserere nobis!

Salve, totum corpus Jesu Christi, pro nobis in cruce suspensum, vulneratum, mortuum et sepultum. Miserere nobis!

Salve, sanguis pretiosissime, de corpore Domini Jesu Christi, salvatoris nostri, pro nobis effusus. Miserere nobis!

Salve, sanctissima Domini nostri Jesu Christi anima, in cruce pro nobis in manus Patris commendata. Miserere nostri Domine! Miserere nostri!

In eodem commendatione tibi commendo, hodie et quotidie animam meam, vitam meam, cor et corpus meum, omnes sensus et actus meos, omnes amicos, benefactores et consanguineos meos, animas parentum, fratrum, sororum, et omnium amicorum et inimicorum meorum: ut nos protegere, liberare et defendere digneris ab omnibus insidiis inimicorum nostrorum visibilium et invisibilium, nunc et in perpetuum. Amen.

℣. Non nobis Domine, non nobis.

℟. Sed nomini tuo da gloriam.

℣. Jube Domine benedicere.
℟. Jesus Christus crucifixus nos benedicere et adjuvare dignetur.

Hic osculatur Crucifixus in pedibus et signa te signo s. crucis, dicens: Gloria Patri et Filio et Spiritui sancto. Sicut erat in principio etc.

Preces quotidianae, ut in dies Deo ferventius deservias.

Credo mi Jesu et Redemtor! te esse vere filium Dei, pro me mortuum in cruce, ac in sanctissimo Eucharistiae sacramento te cum divinitate unitam humanitatem reliquisse, ut a sacerdotibus Patri coelesti in Missa offeraris et cibus nobis fias.

Spero a te per passionem tuam et mortis tuae merita et propter promissiones nobis datas, gratiam, qua te perenniter amabo, et te in aeternum possidebo.

Amo te, o dilectissime mi Redemtor! Diligo te magis, quam me et quia ego te diligo, doleo de toto corde omnes offensiones tibi a me infectas, quoniam per has te, qui charitas ipsa es infinita, offendi. Da mihi gratiam, ut sequar te in humilitate ac patientia omni tempore usque ad mortem.

Adjuva nos gratia tua, omnipotens Deus, ut qui officium sacerdotale suscepimus, digne ac devote tibi omni puritate, et in conscientia bona famalari valeamus.

Et si non possimus in tanta innocentia vitae conversari, ut debemus, concede nobis tamen digne flere mala, quae gessimus, ut in spiritu humilitatis, ac bonae voluntatis proposito, tibi ferventius deservire valeamus.

Ad vulnera Christi.

Rogo te, Domine Jesu, per illa salutifera vulnera tua, quae passus es in Cruce pro salute nostra, ex quibus emanavit ille pretiosus sanguis, quo sumus redemti, vulnera hanc animam meam peccatricem, pro qua etiam mori dignatus es; vulnera eam igneo et potentissimo telo tuae nimiae charitatis. Confige cor meum jaculo tui amoris, ut dicat tibi anima mea charitate tua vulnerata sum, ita ut ex ipso vulnere amoris tui uberrimae fluant lacrymae die ac nocte! Percute, Domine! obsecro, hanc durissimam mentem meam pia et valida cuspide dilectionis tuae, et altius ad intima penetra potenti virtute. Qui vivis et regras in saecula. ℟. Amen.

Ad Beatissimam Virginem Mariam.

O serenissima et inclita Virgo Maria, Mater Domini nostri Jesu Christi, Regina coeli et terrae, quae eumdem creatorem omnium creaturarum in tuo sancto utero digna fuisti portare; cujus idem veracissimum Corpus et Sanguinem ego indignus sumere praesumsi: rogo te per virginalem humilitatem tuam, et per passionem et mortem ejusdem Filii tui, ut apud ipsum pro me misero peccatore intercedere digneris; ut quidquid in hoc sacrosancto sacrificio hodie irreverenter, ignoranter, negligenter vel incaute commisi aut etiam omisi, tuis sanctissimis precibus mihi dignetur indulgere. ℟. Amen.

Oratio s. Augustini*).

O beata Virgo Maria! Quis tibi digne valeat jura gratiarum ac laudum praeconia rependere, quae singulari tuo assensu mundo succurristi perdito? Quas tibi laudes fragilitas humani generis persolvat, quae solo tuo commercio recuperandi aditum invenit? Accipe itaque quascunque exiles, quascunque meritis tuis impares gratiarum actiones, et cum acceperis vota, cul-

*) Cum indulg. ex rescripto P. Pii IX. 19. Maji 1854.

pas nostras orando excusa. Admitte nostras preces intra sacrarium exauditionis et reporta nobis antidotum reconciliationis. Sit per te excusabile, quod per te ingerimus, fiat impetrabile, quod fida mente poscimus. Accipe quod offerimus, redona quod rogamus, excusa quod timemus, quia tu es spes unica peccatorum. Per te speramus veniam delictorum, et in te, Beatissima, nostrorum est expectatio praemiorum. Sancta Maria succurre miseris, juva pusillanimes, refore flebiles, ora pro populo, interveni pro clero, intercede pro devoto femineo sexu, sentiant omnes tuum juvamen, quicumque celebrant tuam sanctam commemorationem. Assiste parata votis poscentium et reporta nobis optatum effectum. Sint tibi studia assidua, orare pro populo Dei, quae meruisti, Benedicta Redemptorem ferre mundi, qui vivit et regnat in saecula saeculorum. ℟. Amen.

Petitiones et Mysteria*).

Ad recitationem coronae vel Rosarii Beatae Mariae Virginis.

I. In Rosario gaudioso.

Petitio. 1) Qui adaugeat nobis fidem. 2) Qui

*) *Ut precantur quotidie in templo B. M. V. Herbipoli.*

corroboret nobis spem. 3) Qui perficiat in nobis charitatem.

Mysterium. 1) Quem Virgo concepisti. 2) Quem visitando Elisabeth portasti. 3) Quem Virgo genuisti. 4) Quem in templo praesentasti. 5) Quem in templo invenisti.

II. In Rosario doloroso.

Petitio. 1) Qui intellectum nostrum illuminet. 2) Qui voluntatem nostram perficiat. 3) Qui memoriam nostram roboret.

Myst. 1) Qui pro nobis sanguinem sudavit. 2) Qui pro nobis flagellatus est. 3) Qui pro nobis spinis coronatus est. 4) Qui pro nobis crucem bajulavit. 5) Qui pro nobis crucifixus est.

III. In Rosario glorioso.

Petitio. 1) Qui cogitationes dirigat. 2) Qui verba moderetur. 3) Qui gubernet opera.

Myst. Qui resurrexit a mortuis. 2) Qui in coelos ascendit. 3) Qui nobis Spiritum sanctum misit. 4) Qui te in coelos assumit. 5) Qui te in coelis coronavit.

Oratio pro itinerario in via ferrea.

℣. Adjutorium nostrum in nomine Domini.

℟. Qui fecit coelum et terram.
℣. Dominus vobiscum. ℟. Et cum spiritu tuo.

Oremus.

Omnipotens sempiterne Deus, qui omnia elementa ad tuam gloriam utilitatemque hominum condidisti; dignare quaesumus hanc viam ferream (in qua intendo vehi in peregrinatione mea), ejusdem instrumenta benedicere et benigne semper tua providentia tueri; ut dum famuli tui velociter properant in via, in lege tua ambulantes, et viam mandatorum tuorum currentes, ad coelestem patriam feciliter pervenire valeant. Per Christum. ℟. Amen.

Oremus.

Propitiare, Domine Deus, supplicationibus nostris, et bene✝dic currus istos dextera tua sancta; adjunge ad ipsos sanctos Angelos tuos, ut omnes, qui in eis vehuntur, liberent et custodiant semper a periculis universis. Et quemadmodum viro Aethiopi super currum suum sedenti, et sacra eloquia legenti, per Apostolum tuum fidem et gratiam contulisti: ita famulis tuis viam salutis ostende; ut tua gratia adjuti, bonisque operibus jugiter intenti, post omnes viae et vitae hujus varietates aeterna

gaudia consequi mereantur. Per Christum. ℟. Amen.

Professio Fidei Catholicae.

Ego N. N. firma fide credo et profiteor omnia et singula, quae continentur in Symbolo Fidei, quo sancta Romana Ecclesia utitur, videlicet:

Credo in unum Deum, Patrem omnipotentem, factorem coeli et terrae, visibilium omnium et invisibilium: Et in unum Dominum Jesum Christum, Filium Dei unigenitum, et ex Patre natum ante omnia saecula: Deum de Deo, Lumen de Lumine, Deum verum de Deo vero: genitum non factum: consubstantialem Patri: per quem omnia facta sunt: qui propter nos homines et propter nostram salutem descendit de coelis: Et incarnatus est de Spiritu sancto ex Maria Virgine, et homo factus est: crucifixus etiam pro nobis sub Pontio Pilato, passus et sepultus est: Et resurrexit tertia die secundum scripturas: et ascendit in coelum, sedet ad dexteram Patris: et iterum venturus est cum gloria judicare vivos et mortuos, cujus

regni non erit finis. Et in Spiritum sanctum, Dominum et vivificantem, qui ex Patre Filioque procedit, qui cum Patre et Filio simul adoratur et conglorificatur, qui locutus est per Prophetas. Et unam sanctam Catholicam et Apostolicam Ecclesiam: Confiteor unum Baptisma in remissionem peccatorum: Et exspecto resurrectionem mortuorum, et vitam venturi saeculi. Amen.

Apostolicas et Ecclesiasticas traditiones, reliquasque ejusdem Ecclesiae observationes et constitutiones firmissime admitto et amplector. Item sacram Scripturam juxta eum sensum, quem tenevit et tenet sancta Mater Ecclesia, cujus est judicare de vero sensu et interpretatione sacrarum scripturarum admitto: nec eam unquam nisi juxta unanimem consensum Patrum accipiam et interpretabor.

Profiteor quoque, septem esse vere et proprie Sacramenta novae Legis a Jesu Christo Domino nostro instituta, atque ad salutem humani generis, licet non omnia singulis, necessaria, scilicet Baptismum, Confirmationem, Eucharistiam, Poenitentiam, Extremam, Unctionem, Ordinem et Matrimonium; illaque gratiam conferre: et ex his Baptismum, Con-

firmationem et Ordinem sine sacrilegio reiterari non posse.

Receptos quoque et approbatos Ecclesiae Catholicae ritus in supradictorum omnium Sacramentorum solemni administratione recipio et admitto.

Omnia et singula, quae de peccato originali et de justificatione in sacrosancta Tridentina Synodo definita et declarata fuerunt, amplector et recipio.

Profiteor pariter, in Missa offerri Deo verum, proprium et propitiatorium Sacrificium pro vivis et defunctis; atque in sanctissimo Eucharistiae Sacramento esse vere, realiter et substantialiter Corpus et Sanguinem una cum anima et divinitate Domini nostri Jesu Christi, fierique conversionem totius substantiae panis in Corpus et totius substantiae vini in Sanguinem, quam conversionem Catholica Ecclesia Transsubstantiationem appellat. Fateor etiam, sub altera tantum specie totum atque integrum Christum verumque Secramentum sumi.

Constanter teneo, purgatorium esse, animasque ibi detentas fidelium suffragiis juvari: similiter et Sanctos una cum Christo regnantes

venerandos atque invocandos esse; eosque orationes Deo pro nobis offerre, atque eorum reliquias esse venerandas.

Firmissime assero, imagines Christi, ac Deiparae semper Virginis, nec non aliorum Sanctorum, habendas et retinendas esse, atque eis debitum honorem ac venerationem impertiendam.

Indulgentiarum etiam potestatem a Christo in Ecclesia relictam fuisse, illarumque usum Christiano populo maxime salutarem esse affirmo.

Sanctam Catholicam et Apostolicam Romanam Ecclesiam omnium Ecclesiarum Matrem et Magistram agnosco: Romanoque Pontifici, beati Petri Apostolorum Principis successori ac Jesu Christi vicario, veram obedientiam spondeo ac juro.

Caetera item omnia a sacris Canonibus et oecumenicis Conciliis, atque praecipue a sacrosancta Tridentina Synodo tradita, definita et declarata indubitanter recipio atque profiteor: simulque contraria omnia atque haereses quascumque ab Ecclesia damnatas, rejectas et anathematizatas ego pariter damno, rejicio et anathematizo.

Hanc veram Catholicam Fidem, extra quam nemo salvus esse potest, quam in praesenti sponte profiteor et veraciter teneo, eamdem integram et in violatam usque ad extremum vitae spiritum constantissime, Deo adjuvante, retinere et confiteri, atque a meis subditis vel illis, quorum cura ad me in munere meo spectabit, teneri, doceri et praedicari, quantum in me erit, curaturum.

Ego N. N. idem spondeo, voveo ac juro. Sic me Deus adjuvet, et haec sancta Evangelia.



Epitome Theologiae moralis per summaria quaesita et responsa pro recollectione doctrinae moralis in adjumentum memoriae tyronibus et **pro cura examinandis** conscripta a quodam sacerdote regulari. Editio altera. 1859. 6 fol. in 16. (Bequemes Taschenformat.) **Preis** 24 kr. oder 7 sgr.

Regula Fidei Catholicae et collectio dogmatum credendorum a P. **Ph. Nerio Chrismann.** Editio nova. 316 et X in 8. 1855. fl. 1. od. 18 sgr.

Voit, Theologia moralis. Editio VII. originalis et correcta. 1860. XIV et 929 fol. 2 Vol. in 8. fl. 3. 30 kr. = Thlr. 2. = $7^1/_2$ francs.

Pars prima: De actibus humanis, conscientia, legibus, fide, spe ac charitate, praeceptis dei et ecclesiae.

Pars secunda: De sacramentis in genere et in specie; item de censuris ecclesiasticis et irregularitatibus.

Himmelstein's Ruhe in Gott. 10. Auflage. Ein kathol. Gebetbuch mit bischöfl. Approbation. Geziert mit 4 sehr schönen Stahlstichen und vielen in den Text gedruckten Bildchen. Es umfasst 54 Bogen in bequemem kleinem Format, und kostet ungebunden fl. 1. 12 kr. od 22 Sgr. Elegant gebunden fl. 2. bis fl. 12. 15 kr. od. $1^1/_3$ bis 7 Thlr. Dasselbe ist in grossem Druck für Augenschwache, und auch in kleinerem Drucke zu haben.

Herr, den du liebst, der ist krank! Ein Kranken- und Trostbuch für katholische Familien, besonders aber zum Gebrauche für Seelsorger. Nebst dem Anhange: **SUMMA RITUUM IN CURA ANIMARUM FREQUENTIORUM**, von Dr. **Franz Hettinger,** Subregens im Klerikal-Seminar zu Würzburg. Zweite Auflage. Mit bischöflicher Gutheissung und einem hübschen Stahlstiche. 1859. 8. Preis brosch. 48 kr., in Lederband fl. 1. 12 kr.



